I. N. J.

FERIAS

PRÆSIDE

JOH. GEORG. SIMONE, D.

PUBLICE DISCUTIET

SEBAST. HENRIC. Weber. N.P.C.

VVALHUS. EICHSFELD.

JENÆ,

LITERIS MULLERIANIS.

1679.

F.

L. S.

NOn Pauci dantur, L. B. qui eam de juris scientiâ imbibere sententiam ac si ejusdem studium cum homine religioso exiguum, cum rebus vero divinis nullum planè haberet commercium, eaque propter sit à pietatis studioso colendum minus, quo magis cœlica tandem meditari satagit Palatia. Sed hi sunt ferè, qui veræ justitiæ ignari de quolibet honesto ferociter judicant, cæcoque impetu ex utili promiscuè æqvum dimetiuntur. Nam si cordatius perpenderent Jurisprudentiam arctissimô esse vinculô & lege quasi sororiâ cum Theologiâ conjunctam, errorem hunc suum, si non planè deponerent, certè con-decenter mitigarent. Ast uti nullorum illi, nisi vulgi inexpertis, capiunt animos, sic optimo jure solidæ doctrinæ inscii audiunt, rerumque simul, quas tamen jactitant, vel minimé periti. Sunt equidem, largior, permulti, qui jus hinc inde variè detorquent, technas mirificas in obtinendo adhibentes. Sunt alii, confiteor, non rariores, qui benè formatum processum nostrum doli sipariis protervè involvunt, clientulorum loculis lascivè inhiantes; nequaquam tamen iidem justitiæ parentabunt, aut facto suo perverso veritatem mundo subducent. Valeant igitur turpissima hæc terræ pondera, nefasque improbi detestanda carcinomata. Ab his nimirum denique effectum, ut Fridericus III. Imperator Jurium Doctores ignominioso non tantum mer-

vid. Limn. de Jur. Publ. l. 4. c. 8. num. 18.

Auth. Comitiol. Ratisbon. p. 4. n. 129.

L. 1. §. 5. C. d. V. J. E.

cenariorum titulo dehonestaverit, sed, tanquam inutiles [illegible] [illegible]ptatores, aulis etiam tribunalibusque Principum [illegible] ejici jusserit. Imitatus præceptum, ut fieri solet, [illegible] holicus celebris Ferdinandus, qui suo vicario severe [illegible] it, caveret sedulò, ut ne sub transferendis in novi [illegible] [illegible]nias comprehenderetur Causidicus. Enimverò [illegible] [illegible]entur inimici scientiæ juris caninè obloquentes; [illegible] [illegible]cant de putridis rabulis, queis præ justitia pecu[illegible] Stat sua virtus verò Papiniano, quæ nunquam [illegible] [illegible]arum Patronum. Manent Digesta Justitiæ tem[illegible] ejus sacerdos à Codice sacro divellere nescit. Sic [illegible] m cum fide conspirabit: Sic sanctitas rei cum [illegible] [illegible]tium: sic recta ratio cum casu proposito. Quæris [illegible] [F]ERIAS sisto, quæ circa has licita sint, L. B. tibi [illegible]. Confido affectibus, quos ipsemet corrigas, tenuis ingenii mihimet ipsi jamdudum conscius. Adsis proinde ausuro Jehova, feriarum Autor & Dator supreme! Sic tandem cedet feliciter labor; hoc fretus tutamine calamus finiet.

THES. I.

MAnum igitur operi adaptans prolixus non ero in componendis iis, quæ ὀνοματολογίαν seu definitionem nominalem spectare possunt. *Etymologiam* quod concernit, varias scio, easque non uniformes Dd. de derivatione feriarum opiniones. Alii enim à feriendis hostiis & victimis ferias dictas volunt, huc allegantes locum *Gellii Noct. Attic. l. 4. c. 6.* ubi feriarum præcidanearum mentionem facit, *add. Fest. l. 6. Jodoc. Damhouder. prax. Civil. c. 119. n. 3. Zas. n. 1. Wesenbec. num. 2. ibique Bachov. ff. h. t. it. Perott. cornucop. p. 26. num. 29. Brisson. Form. Antiqv. Pop. Rom. l. 1. pag. 18. Hopper. de Art. Jur. l. 2. c. 3. Vollrath. in Oper. Analyt. Jur. ad tit. de Fer. n. 2. & Hann. ad Treutl. vol. 1. Disp. 5. th. 9. lit. B.* qui insimul easdem à ferendis epulis, eò, quod his diebus olim litari solitum fuerit, deducunt. Alii ferias, quasi fœrias intelligunt cum

Azon.

Azon. in Summ. C. n. 1. h. t. Hoſtienſ. in ſumm. n. 1. Eraſm. Ung. ...pr. ad tit. X. de Fer. n. 2. quia præſtant vacationem ab iis, quæ in foro (quod à ferendo dictum, *Varro de Lingv. Lat. l. 1.*) judiciali tractari & agi conſueverunt, *l. 9. ff. de Feriis.* Ego opinionem primam atque ſecundam, tanquam ſatis probabiles, non rejicio; ultimam, utpote incongruam, non ſequor.

THES. II.

Quoad *Homonymiam* notandum arbitror (1) ferias [illegible] *tiſſimè* juxta ea, quæ *Calviſius in Chronolog.* refert, Conſ[illegible] ſc. fuiſſe dedicatam anno Chriſti 320. d. 10. Maji feriâ p[illegible] dam habuiſſe feriam ſecundam: Quâ ratione in dictis [illegible] que diebus videbantur eſſe feriæ. Verùm diem ſo[illegible] bant primam feriam, ut monet *Joh. de Sacr. Buſt. in* [illegible] *ſ.* diem Lunæ nominabant ſecundam feriam, & ſic deinceps, atque ita ſex dies appellabantur feriæ, & ſeptimus Sabbathum, *Cujac. ad c. 1, x. de. Fer.* Idque propterea factum fuiſſe ſcribunt, quod profeſtorum dierum appellationes à Gentilibus Philoſophis originem ſumſerint, idcircò illa feria ſecunda, tertia, quarta, quinta & ſexta, ut & Sabbathum Judæorum erant dies Juridici, in quibus ſcilicet licebat exercere judicia, *l. 8. C. de Fer.* niſi in illos dies feſtum incideret; & per conſequens dies Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis & Veneris dicebantur quidem, nec tamen erant feriæ, *Pac. Iſag. decretal. ad t. X. de Celebr. Miſſ. Cujac. ad dict. c. 1. X. de Fer.* Melius eos rem egiſſe autumo, qui (2) *ſtrictè*, prout & ego hac vice, ferias accipiunt pro diebus ceſſationum & quietis à proceſſu civili, ob cauſas tàm humanas quàm divinas, ita quidem, ut tùm opponantur diebus juridicis, ex *arg. l. 7. pr. l. 2. & l. 9. C. h. t. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Diſp. 4. th. 33.* Quanquam me quoque non lateat (3) *ſtrictiſſima* vocis ſignificatio, quam *Bachov. ad Weſenb. ff. t. de Fer.* allegat, ſecundum quam Feriæ ſaltim ſumuntur pro iis, quæ Deo ejusque Majeſtati in ſpecie dedicatæ ſunt, & ſic ſumuntur in *Rubr. ff. de Fer. vid. Dn. Struv. Exercit. 5. th. 33.* Hinc anſam procul dubio arripuit *Volrath. cit. oper. Analyt. Jur. n. 3. h. t.* ſtatuendi, Ferias eſſe ex numero eorum, quæ dicuntur πρὸς ἓν ἢ ἀφ᾽ ἑνὸς, ad unum vel ab uno; cum ſecundùm prius dicantur de feriis ordinariis, publicis, ſolennibus & ſacris; καθ᾽ ὕστερον de reliquis ſpeciebus analogis. Sed non

 opus

opus esse puto propterea novam analogorum attributionis defensionem exstruere: Quia feriæ, quas sacras dixi, non sunt privatis potiores, quà scilicet feriæ, sed tantummodo potentiores, quà sacræ, *Marant. in spec. aur. part. 4. distinct. 16. n. 82.* quia non itidem his, ac prophanis, de consensu partium potest renunciari, *Bald. in l. 2. de Fer.* Et contra Prophanæ posteriores habentur, non quatenus feriæ, sed quatenus prophanæ, & non æque ac illæ, in honorem Dei, sed privatorum favorem, introductæ, Ut proinde definitio feriarum univocè iisdem, & quidem optimè competat, quæ traditur th. 4. Addatur *Dn. Valent. Bergèr. Disp. Logic. 3. f. 3. th. 5.*

THES. III.

Synonymiam quod attinet, dicuntur Feriæ alio nomine Dies Feriati, *l. 2. ff. de Fer.* (vel Feriatici, *Gloss. ad textum h. l.*) *l. 6. l. 9. h. t. l. 36. de recept. qui arbitr. l. 12. de publ. Judic. l. 11. §. 6. Ad L. Jul. de Adult. l. 4. C. Quom. & quand. Jud. sent. l. 2. inf. C. de temp. & repar. appellat.* Menses Feriati, *l. 5. C. de fer.* Justicium; eò quod illis diebus Jus staret nec progrederetur, *Gell. lib. 20. c. 1. Hunn. ad Treutl. vol. 1. disput. 5. th. 9. lit. B.* Dies Festi & Festivi, *Azo, in Summ. Cod. de Feriis n. 1. in fin.* Quamvis alii sub feriis tanquam sub genere, *arg. l. 7. & l fin. C. de Fer.* dies Festos comprehendere velint, cum *Donell. 24. Com. 7.* Nefasti dies, *Ovid. in Fast. Coras. 3. Miscell. 18. n. 1.* At inquis, dies nefasti dicuntur omnes, quibus agere non licet, & opponuntur feriis, sive in prophanum, sive in divinum usum introductis. Ergo vindemiæ erunt festi dies? Respondeo: Fasti dies erant, quibus Prætori licebat fari: *Do* (Judicem) *Dico* (Jus) *Addico* (bona) *Varr. 5. de Lingv. Lat. Rosin. c. 3. l. 4. Antiq. Rom. & Coras. ad §. postea. n. 3. l. 2. ff. de O. J.* quibus verbis munus Judicum constare dicebatur, *Gregor. Tholos. l. 47. Jur Univers. c. 2. Connan. l. 7. Comm. c. 9. n. 5.* His fastis opponebantur nefasti dies, juxta illud *Ovidii:*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.

Festis autem diebus opponuntur *profesti*, ut videre est ex *Plauto in Aular.* Quare feriæ æstivæ & autumnales sunt dies profesti, & nihilominus nefasti, atque ita latius patent profesti dies, quàm nefasti. Constat quidem in hoc dissentire *Coras. ad §. 33. num. 7. l. 2. ff. de O. J.* profestosque dies non discernere, quem tamen parum curo.

THES. IV.

THES. IV.

Describunt communiter ferias, quòd sint dies ab Actibus Judicialibus vacui, *l.5 ff.l.7 l.fin.C.c.1.c.fin. ibique Ungepaur. de Fer. Treutl. vol.1.Disp.6.th.9.* vel quibus jus non dicitur, nec sui potestatem facit Judex, *Althus. lib. 2. Jurisprud. c. 21.* Item: sunt strepitus judiciarii quies, & ejus, quod agendum est, facta suspensio, *Arnold. de Reyger, Proc. Jud. Disp. 4 th.1. Id. in Thesaur. pract. n. 2. verb. Feriæ.* Aut: sunt dies, quibus litibus vacare debent, *Perez. in prælect. ad Cod. n.1.h.t.* Similiter, secundum *Andr. de Vaulx. in parat. ad Decret. n. 2.h.t.* sunt dies seu tempora, quibus forensis strepitus & contentiosæ Jurisdictionis exercitium planè conquiescere jubetur. Quanquam feriæ propriè loquendo non sint dies, sed accidens potius seu adjunctum dierum, & per Metonymiam collocetur interdum subjectum pro adjuncto. Mallem igitur cum *Hedemann. Disp. 5. ff. th. 15.* ferias dicere qualitatem sive adjunctum quorundam dierum ab actibus quibusdam (præsertim judicialibus) vacationem præstans.

THES. V.

An illæ dilationum pars sint, inter Dd. Juris nostri non convenit. Ego, cur ab affirmativa recedere debeam, non video cum *Cujac. in parat. Donell. lib. 24. Comment. c. 7. Perez. in prælect. ad Cod. n. 1. h.t. Andr. Vallent. in parat. ad Decretal. num. 1.* Dissentientem habeo *Gyphanium in Oecon. Cod.* inter ferias & dilationes ita distinguentem: quod illæ ipso jure, hæ autoritate Judicis tribuantur. Unde etiam *Treutl. vol. 1. disp. 5. th. 10. & in not. lit. A.* ferias ita definit, ne comprehendant sub se dilationes à LL. destinatas. Sed latior est dilationum significatio, cum feriæ utplurimum sint necessariæ, uti illæ, dilationes sc. in genere sic dictæ, saltem arbitrariæ. Nam non inconcinnè *Wesenb. in parat. ff. de Fer. n. 10. & in parat. C. de dilat. n. 2. Hahn. in Not. ad Wesenb. n. 13.* dilationes partiuntur in legitimas in specie sic dictas, arbitrarias quæ tempus quidem habent à lege sed arbitrarium, & conventionales seu merè arbitrarias. Atque ita sub dilationibus comprehenduntur feriæ.

THES. VI.

Causa efficiens feriarum est summus cujusque territorii Princeps, quod haud obscurè colligitur *ex l. 4. C. de Fer.* ubi nemo jure

saltim

saltim Magistratus Remp. administrans autoritate suâ ferias condere valet, *Jung. Bart. & Jason. ad l. 4. ff. h. t. Reinking. de Regim. Sec. & Eccles. l. 3. d. 1. c. 2. n. 5. Hahn. ad Wes. n. 1. h. t.* Secundum observantiam Imperii nostri eodem jure pollent Status in suis territoriis, vigore Autocratias, sive sublimis Jurisdictionis territorialis, quam patrimonaliter tenent, *vid. Ming. de superiorit. territorial. c. 1. n. 15. p. 936.* quæ cum perinde, ut Majestas, occupetur tàm circa sacra, quàm profana, *Lampad. de Republ. Roman. Germ. p. 3. c. 10. num. 2.* incongrua videtur quæstio: an Status Augustanæ Confessionis hoc jus exerceant authoritate Episcopali, an verò qua Principes seculares? Habent siquidem se res sacræ & profanæ, respectu Majestatis, cujus analogum allegata Jurisdictio repræsentat, objectivè, non efficienter; adeoque jus aliquod activè non causantur, quin potius, tanquam passiones, permittere debent se à Majestate vel ejus analogo dirigi ac disponi. Non obstat factum Jerobeami, quem propter permutationem Festi tabernaculorum pœnâ affectum esse volunt, *vid. Dedekenn. Thesaur. Consilior. Theol. & Jurid. p. 2. Sect. 6. n. 2. p. 1137.* Posset enim hoc exemplum specialiter referri ad Deocratiam Populi Judaici, ratione cujus Deus semper supremum directorium etiam in ipsum Regem sibi reservaverat. Alii præterea, uti *Venator in Analys. Jur. Pontific. qv. 2.* consuetudinem causæ efficienti feriarum adjiciunt, quam quidem admitto, ita tamen ut semper Majestatis confirmationi pariter ac abrogationi sit subjecta. Opponunt aliàs ii, qui juri civili unicè se mancipant, & magistratibus mediatis etiam (qui tamen Majestatis causata sunt) causam efficientem attribuunt, *l. Præsides. 4. ff. de Feriis.* Quia Præsides Provinciarum messis & vindemiarum causâ solent tempus statuere: Ergo præter Principem alii quoque Magistratus ferias constituunt. Sed *dict. l. Præsides.* est non de feriis indicendis, sed de constituendo tempore messis & vindemiarum, quod pro locorum & temporum varietate interdum maturius & brevius, interdum tardius & longius statuitur, *Anton. Faber. in Rational. ad dict. l. Præsides. 4.* Aliter respondent *Hottom. Disput. 5. ff. th. 18. Pac. Enant. cent. 1. qv. 82.* distinguentes inter solennes & repentinas ferias, quod hæ ab Imperatore extra ordinem indicantur, *Lot. ...* illæ ab aliis quoque, veluti Præsidibus Provinciarum & similibus statuantur, *dict. l. Præsides.* Deinde objiciunt

pr.l. Si in aliam. 7.de Offic. Proconf. ubi Proconſul ferias dare dicitur. Reſpondeo, quod dictum *princ. l. 7.* non ſimpliciter velit per Proconſulem ferias dari, ſed apponat hæc verba: *Secundum mores & conſuetudinem, quæ retrò obtinuit.* Ergo Præſes & Proconſul non tribuunt ferias ſuâ autoritate, ſed ſecundùm conſuetudinem, *dict. princ.l.7.* permittunt illas, & tempus determinant. Denique, movetur illud: Quemlibet Magiſtratum non modò ferias, à Principe vel lege indictas, poſſe pro ratione & maturitate fructuum moderari, *dict.l. Præſides 4. l.1. §.2. & ſeq. ff. de Fer.* ſed & Coſſ. Civitatum ex conſenſu Decurionum ferias repentinas indicere propter adventum Principis, ſeditionem, incendium, aliasque cauſas. Etenim oppidano Magiſtratui licet concedere ſtatuta, per *l. omnes. 9. ff. de J.& J. & l. item. 6. in ff. quod cujusque Univerſ.* idque ſtatutum appellatur lex localis, *dict.l.6. in pr. Coras. ad l. de quibus. 32. n.17. ff. de LL.* Ergo & ferias præfinire permittitur non ſolùm Imperatori, ſed & inferioribus Magiſtratibus & Civitatibus. Ad hoc excipio cum *Weſ. in parat, ff. de Fer. n.4.* diſtinguendum eſſe inter ferias generales & locales. Generales appellantur Imperiales, utpote ab omnibus Imperii Civibus obſervandæ, *l.4. C. de Fer.* & ideò ſi adminiſtrator & alius Magiſtratus, *(vid. Cujac. ad Novell. 60. c. 2.)* edixerit ferias, illæ eximuntur nomine *dict.l.4.* & non vocantur feriæ, ſive Imperiales, ſive generales, cum hæ à ſolo Principe indicantur, *dict.l.4.* Locales autem ferias condunt etiam inferiores Magiſtratus, freti autoritate Majeſtaticâ Reip. cui ſubſunt, ſiquidem & olim fuerunt privatæ feriæ, *Macrob.1. Saturnal. c.16. & Petr. Greg. Tholoſ. l.2. Syntag. J. Univerſ. c.16. Roſin. Antiq. Rom. l.4. c.17. p.419.* Huc facit, quod & Episcopi de Jure Canonico in ſuis Diæceſibus introducant ferias, *c. fin. X. de Fer. Jung. Vallens. in parat. Decretal. n. 17. h. t. Magnif. Dn. Schröter in Reſolut. diff. LL. Cod. ad l. cit. 4.* Interim non probo, quod videatur *Weſenb. loc. cit. l.4. C. de Fer.* interpretari velle de Judicibus ſolum pedaneis & municipalibus: ſive enim Judices ſint Pedanei ſive Municipales, ſive Magiſtratus, prohibentur indicere ferias generales, *dict. l. 4. verb. Adminiſtrator.* His adde, quod *l. cit. 4.* ſit Conſtantini, cujus tempore ejusmodi judex ſublatus, *arg. l.2. C. de Pedan. judic. vid. Hahn. ad Weſenb. h. l. n.4.*

THES. VII.

Causa finalis feriarum est præter cultum Dei, memoriam Sanctorum & honorem Principis, etiam requies laboris. Rescripserunt enim Imperatores, æquum esse, ut illi dies feriarum maneant, quos ad requiem laboris annus indulgentior sive fertilis excepit, quominus essent Juridici. Hic finis congruit cum Jure divino, nimirum quod laboribus aliquod detur spiramentum, *Exod.XX.* 10. Secus esse quoad ferias necessarias, nempe æstivas & autumnales, putat *Bart.in l.1.C.de Agr. & Cens. lib.* 11. quod scil. illis minime fruatur destitutus agris & vineis, quasi finis necessariarum feriarum sit sola occupatio circa messem vel vindemiam; quam tamen opinionem restringit *Spec.in tit. de Fer.§.1.n 8.* ad hos, qui neque per se, neque per alios sunt occupati. Verum hanc sententiam rejiciunt indistinctè *König.in Proc.c.41. n.4. & Speckhan. Cent.1.qv.62.* putantes & his prodesse, qui neque per se, neque per alios sunt occupati. Etsi quippe finis feriarum quoad messem vel vindemiam sit, ut fructus colligi possint; attamen hic finis respicit solùm illos, qui occupati sunt circa rem rusticam, *l.1.in Princ.ff.de Fer.* Est enim & alius finis generalior, qui describitur in *pr.l.7 C. de Fer.* dum inquiunt Imperatores, requiem laboris dari singulis annis duos menses, unum æstivis fervoribus mitigandis, alterum fructibus autumnalibus decerpendis; Ergo finis harum feriarum est, ut non solùm agricolæ & occupati circa rem rusticam sint à litibus vacui, sed ut illæ feriæ omnibus in genere prosint, *Wesenb. in parat.ff. de Fer.n.7. Zanger. de Except. p.2. c.7. n.7. Carpz.* qui *p.1.Const 3. def 22.* sententiam hanc sequenti firmat præjudicio: Daß Beklagter N. N. gestalten Sachen nach für ungehorsam nicht zu achten: Sondern er ist auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und vorigem Urthel nochmals Folge zu leisten schuldig. Aliter ad *cit l. 1. C. de Agr. & Cens.* respondet *Bachov. ad Treutl. vol.1. D.5. th.9. lit. D.* scilicet in ea tractari de oneribus personalibus, ad quæ rustici tantum, in messibus occupati, extrahi & avocari prohibentur.

THES. VIII.

Objectum sive *materia, circa quam* feriæ versantur, sunt actus Jurisdictionales, tàm publici, quàm privati, & quidem non tantùm

juxta

juxta *Wesenb: ad tit. de Fer. n. 5.* jurisdictionis contentiosæ, sed etiam voluntariæ. Non enim sufficit actus considerasse, qui in feriis prohibentur, sed etiam, qui concedi debent. His adde, quod confundere videatur Autor ille actum ipsum cum modo considerandi actum: quandoquidem hic perinde in faciendo & licito, atque in omittendo & illicito tempore feriarum consistit. Urgeri quidem posset, actus licitos in feriis non prohiberi; ergo non opus esse, ut de iisdem feriæ tractent. Ast illud ipsum quæritur, quinam & in quantum illi sint, qui concedi debeant quoad cessationem ab operibus in materia substrata.

THES. IX.

Forma feriarum consistit in observatione temporum à lege determinatorum. Exempla videmus in *l. 2. C. de Fer.* Etiamsi hanc non à Rom. Imperatoribus, sed Gothicis Regibus, Tholosanis, & Hispanis (quorum cœlo & caloribus magis convenit) diu post occasum Imperii Rom. inventam esse, uno ferè ore Interpretes contendant, & propterea Glossis & Commentariis dignari nolint, *Wesenb. loc. cit. add. Cujac. de divers. tempor. præscript, c. 1. Magnif. Dn. Strauch. Ex. ad ff. 24. aph. 1. cum Goldast. præfat. tom. 5. const.* qui Regi Gothorum Theodorico eandem adscribunt, cum quibus concordat *Gothofr. in notis ad Gloss. h. t.* qui eam ante duo ad maximum secula in Fradinianis additam esse testatur. Interim ipsa *Glossa* Autorem ejusdem inscribit Imperatorem Constantinum, cum contra *Florentina* editio cum *Haloandro* Imper. Theodosium præfigant. Quicquid rei sit, ego in hisce dubiis conjecturis contentus sum catenus, quod certò sciam, tempora legi sæpe citatæ inserta mores nostros non abhorrere; de cætero, an lex hæc Codicis Justinianei sit spuria (ut probabile, cum non reperiatur in exemplaribus antiquioribus manuscriptis) an genuina, altius hîc non rimabor, reservaturus reliquum, si fortè quid adjiciendum, ad materiam & considerationem temporum Messis & Vindemiarum specialem.

THES. X.

Dividuntur feriæ in Jure nostro in solennes & non-solennes sive repentinas, *l. sive pars 3. C. de Dilat. l. 26. §. 1. feriæ. 7. ff. ex quib. caus. maj. in integr. Gail. 1. obs. 53. n. 12.* *Solennes* sive ordinariæ, anniver-

fariæ & perpetuæ feriæ dicuntur, quæ quotannis recurrunt, *l.2.& l.7. C.h.t.* Non solennes sive repentinæ, extraordinariæ & temporales feriæ sunt, quæ nullâ certâ lege, nec tempore ordinario conclusæ, sed extra ordinem incerto tempore & subitò indicuntur, ut ob res prospere gestas, vel in honorem Principis, *cit. ʃ. si feriæ. 7.& l.1.C.h.t.* vel ob luem publicam, *Wesenb. in parat. ff. de Fer. n.3.*

THES. XI.

Non obstat divisioni traditæ (quod feriæ etiam dividantur in privatas & publicas juxta *Tholos. lib.2.J.Univers.Syntagm. c.15.n.3.* quia non de privatis alicujus familiæ vel collegii feriis, sed de publicis duntaxat, hîc agitur. At de illis familiarum vel singulorum feriis vide *Macrob.l.1.Saturnal.c.16.* Nec (2) quicquam facit, quod urgent, publicas ferias distribui in stativas, conceptivas, imperativas & nundinales, *Ravard.l.5.varior.c.19. Rosin. lib.4. c 17. Antiquit.* Non igitur erit sufficiens divisio feriarum publicarum in solennes & repentinas. Resp. enim, *stativæ* sive statæ feriæ certis & constitutis diebus fiebant & toti Populo communes erant, ut dies Dominicus. *Conceptivæ* sive conceptæ feriæ quotannis à Magistratibus vel Sacerdotibus concipiebantur in dies certos & incertos, ut feriæ Latinæ, *l.2. ʃ. & hæc. 33. ff. de O. J.* quibus Latinis populis in signum æternæ pacis cum Romanis in monte Albano ex instituto Tarquinii superbi convenientibus dabatur visceratio, & fiebat distributio crudæ carnis, *Dionys. Halicarnass. l. 4. Muret. ad tit. de Orig. Jur. l. 2. §. 33. pag. 52. Coras, ad dict. §. 33. num. 6. & Zas. n. 13.* *Imperativæ* sive imperatæ feriæ per Coss. vel Prætores pro potestatis arbitrio indicebantur, ut cum lapidibus plueret, injungebatur vacatio ab omni opere per novem dies, *Cic. l. 3. ad Q. Fratr.* In *nundinalibus* feriis pagani & rustici negotiis propriis vel mercibus provisuri nono die conveniebant, *Petr.Greg. Tholos. dict. c.16. n.9. in Syntagm.* Sed illa divisio feriarum est ab antiquitate desumta, non ex LL. nostris, quæ tamen à nostra divisione L L. stabilitâ non abhorret.

THES. XII.

Annon etiam secundum LL. nostras segregandæ sunt indictæ feriæ à solennibus & repentinis? Ita quidem volunt Dd. communiter,

nitet, *vid. Spec. de Fer. §. 1. n. 2. & seqq.* constituentes tria membra feriarum, ut quædam sint solennes, quædam repentinæ, quædam verò indictæ, nempe feriæ messium & vindemiarum. Hos sequitur *Coras. ad §. 33. n. 18. & seqq. l. 2. ff. de O. J.* inquiens: leges nostræ alias faciunt ferias messium & vindemiarum, *l. 1. & 3. ff. de Fer.* alias repentinas, quæ pro natâ occasione indicuntur, *l. 3. C. de Dilat.* & quasdam solennes, quæ sc. religionis causâ observantur, ut dominici & cæteri dies sacri, *l. 2. 3. 7. & ult. C. de Fer.* Verum nihil impedit, quominus ferias colligendorum fructuum causâ comparatas subjiciamus solennibus. Nam & hæ feriæ sunt solennes sive anniversariæ, *Cujac. in parat. h. t.*

THES. XIII.

Subdistinguuntur autem feriæ *solennes*, quod illæ factæ sint ob causam vel divinam, vel profanam. *Ob causam divinam* dedicatæ sunt feriæ cultui divino, recurrentes vel hebdomatim, vel annuatim. Illius exemplum præbet dies quisque septimus, qui apud nos est dies Solis, secundum *l. 3. l. 7. C. de Fer.* in quibus præcipitur, ut omnes judices urbanæque plebes & cunctarum artium officia venerabili hâc die quiescant. Notat quidem *Johan. de Sacr. Bust. in comput. Eccles.* appellationem illam dierum Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris & Saturni duxisse ortum à Gentilibus Philosophis, quemlibet diem septimanæ ab illo Planetâ denominantibus, qui dominaretur in prima diei illius hora, (quod etiam factum probat ex *Dion Cass. l. 37. Histor. Rom. Guilhelmus Estius* ducentis ferè annis post Christum natum) & propterea Christianos, ut Hieronymum & alios religiosos viros, illis appellationibus, quæ à Gentilibus impositæ sunt, non uti voluisse probabile non tantum, sed & certum est, *add. Azo ad l. omnes. 3. C. de Fer.*

THES. XIV.

Cur verò, qui Christi nomen profitentur, his nominibus abstinere debeant, non video. Et, si hoc movit Hieronymum, quod ab Ethnicis dies illi hoc nomen sint sortiti, miror, quin nominis Dei usurpatione interdixerit. Ut de Die Solis jam saltim dicam, causam potius habemus, ut antiquum nomen retineamus, quàm mutemus. Illo enim Sol justitiæ, (quâ appellatione Christus

apud *Proph. Mal.4.2.* vocatur) è sepulchro iterum egressus mundum illustravit atque exhilaravit, *Marc.XVI.* Illo die missione Spiritus S. tenebras, quæ per lapsum primorum Parentum factæ erant, depulit & abegit, *Act.II,1.* Vocabulum illud Germanicum Sontag dictum esse volunt qs. Versühntag/ quia Christus hâc die resurgens nos in gratiam apud Patrem cœlestem restituit, *vid. Conrad. Dieter. Inst. catech. p. m. 138.*

THES. XV.

Dies hic vocatur aliàs κυριακη sive Dominica, *Apoc.l.1. v.10.* propterea, quod illa primùm Salvatorem nostrum vidit Dominum mortis, imò Ducem clarissimis ditatum triumphis, certissimis de omnibus suis hostibus locupletatum victoriis: Et his postmodum de caussis in locum diei Sabbati successit, *Jung. Martin. Chemnit. de Leg. Dei. pag. 137.* Ad quem autem hujus rei mutatio referatur autorem, neque apud Theologos, neque JCtos certi habemus quicquam. Sunt qui ad Christum ipsum, nec desunt, qui ad Apostolos vel alios referant. Ex illis est *D. Calovius, qui in Comment. ad Genesin p.247.* affirmat: *non nisi autoritate divinâ ipsius Christi & ob gravissimam caussam, utpote memoriam resurrectionis, qui eâ die per resurrectionem spem vivam veri & æterni Sabbati nobis adduxit.* Ab hoc non dissentit, è Reformatis *Frid. Wendelinus Comp. Theol. Christ. p. penult.* Atque à Christo ipso Apostolos hujus diei celebrationem accepisse tradit Justinus Martyr omnium Scriptorum Ecclesiasticorum, qui nunc extant, post Clementem Rom. Polycarpum & Ignatium antiquissimus, *Apol.2. pro Christ. ad Anton. Imper. add. Ludovic. Bail. in Prax. Pietat. c. 21. qu. 1.* Argumenta pro hac sententia possunt evolvi apud *Joh. Ad. Osiand. in Tract. de Sabbath. th. 9. pag. 112. & seqq.* Ex illis, qui sc. Apostolis adscribunt, lubet adducere, *Diet. l.c. p.137. qu.71. Georg. Myl ap. Dedekenn. p.3. sect.6. num.2. Consil. Theolog. Hülsemann. cap 12 breviar. Theolog. §.15.* inquientes, ut à Judaicâ se Synagogâ separarent, diem Dominicum religiosa solennitate habendum sancitum, & omnem gloriam Sabbati Judaici in eum transferri decretum. *Eusebius* Constantinum, qui circa initium sec. IV. vixit, hujus translationis agnoscit autorem, *l.4. de vita Constant. c.18.* Verum, quod successivè hæc mutatio sit introducta, deducit

Rein-

Reinking. l.2. c.1. cap.2. de R. S. & E. Osiand. cit. Tract. pag. 165. & seqq. ad quos Benevolum Lectorem remitto.

THES. XVI.

Verùm hic nova quæstio emergit, quo jure scilicet S. Ecclesia hanc surrogationem sibi sumere potuerit? Adversari siquidem videntur, *cap. XX. 8. Exod. & cap. V. Deut. 12. & seqq.* ubi Sabbati, nec Solis dies, debet esse quies ab opificibus civilibus & œconomicis regulariter die profesto tractandis. Constat quoque Apostolos Judæorum Sabbatum aliquoties celebrâsse, *Act. 16, 13.* Ex his & similibus argumentis multi etiam ex Christianis Judaizantes evincere conati fuerunt, diem præcisè & formaliter septimum adhuc hodiè sacris esse destinandum. Sed tamen, ut his fiat satis, dicimus cum *Dn. Calov. l.c. p. 246. ad Genes.* Sabbatum, quod Deus ad sanctificationem Nominis sui observari à nobis vult, dupliciter considerari, vel ratione moralitatis, vel ratione circumstantiæ temporis. *Ad illud spectat*, quod non tantum tempus quoddam, sed dies aliquis integer septimanæ divino cultui relinquatur. Proinde rectè asserit H. Grotius *d. J. B. & P. l.2. c.20. §. 45. n.2.* à quo dissentit *Dn. Ziegler. pag. 474.* quod, qui hoc violat, mundum à Deo creatum esse (puta per consequentiam) neget. Et eo usque hoc præceptum moralitatem aliquam involvisse certum est, ut non solum post statum corruptum, sed & (secundum Lutherum) si permansissemus in statu innocentiæ nos obligasset; sic enim ille, si Adam, inquit, in innocentiâ stetisset, etiam habuisset diem septimum sacrum, hoc est, eo die docuisset posteros de voluntate & cultu Dei, laudasset Deum, gratias egisset, obtulisset, aliis diebus coluisset agrum, curasset pecora, imò etiam post lapsum habuit sacrum illum diem septimum, hoc est docuit illo suos, id quod testatur oblatio filiorum Abel & Cain. Igitur Sabbatum ab initio mundi destinatum est ad cultum Dei. *Ad hoc pertinet*, ut septimus definitè dies inter Judæos sanctificaretur. Abrogatis verò ceremoniis Judaicis, *cap. 2. ad Coloss. v. 16. & seqq.* optimo jure libertatem hanc sibi vindicant Christiani. Sicuti enim illi Sabbatum in memoriam creationis mundanæ; sic hi in memoriam creationis spiritualis diem Dominicum celebrant; *Addantur*

Ludov.

Ludov. Bail. Prax. Piet. c. 31. n. 1. Calixt. Theolog. Moral. pag. 62. König. in casib. Consc. pag. 37. & 38. D. Schollius, tom. 4. Disp. 5. th. 10, p. 95. Dieter. in Inst. Catech. p. 38, Hülsemann. in breviar. theol. c. 12. §. 15. Puffend. de jur. N. & G. l. 2. c. 3. §. 20. Osiander in Not. ad Grot. l. 1. c. 1. th. 17. obs. 4.

THES. XVII.

Diem itidem hunc Solis festum esse, & rectè talem nominari posse, patet ex pr *l. fin. C. de fer.* ubi Imperatores à genere ad speciem inferunt, dies festos esse dedicatos Majestati altissimæ, & diem Dominicum semper esse honorabilem & venerandum: unde in *cit. l. f. C. h. t.* dies solis sive Dominicus in eâdem numeratur observatione, quâ alii sanctissimi dies, ita ut necesse sit parem haberi reverentiam diei Solis, sicut aliis festis. Est enim festorum omnium caput, *Zepper. in Explanat. LL. Mosaic. l. 4. c. 9. fol. 332,* Propterea *Gloss. Germ. ad* Landrecht. *art. 10. n. 5. l. 2.* ait: Diem Sabbati esse præstantissimam & antiquissimam feriam, *in verb.* Unter allen Feyertagen aber ist der Sonntag der vornehmste / *& Exod. XX. & c. I. X. de Fer. c. Sabbato. dist. 3. de Consecrat.* Da stehet / GOtt habe im Alten Testament gebothen / daß man keine Arbeit des Sonntags thun soll / als: auf dem Acker / im Weingarten / mit Pflügen / Mehen / Heu samlen / Zäunen / Roden / Hacken oder Steine brechen / auch keine Kauffmannschafft / noch Handwerck treiben / oder Eyd schwehren / *add. Paul. de Castr. ad l. fin. C. de Fer. n. 1.* Secernunt autem vulgò Dominicum diem à festis diebus: uti quoque, ratione materiæ, quæ in festis publicè explicari solet, unum festum altero præstantius dicitur, unique plures, quàm alteri, tribuuntur dies, idcircò König *in Proc. c. 41. n. 1.* facit mentionem der grossen Feste.

THES. XVIII.

Dubitant tamen Dd. hic (1) An dies Solis referri debeat inter magnas ferias? Dies enim Solis in eâdem habetur observatione, quâ alii sacri dies, uti *thesi præc.* demonstratum: inde concludendum videtur, diem quoque Solis contineri sub magnis feriis. Contrarium in Praxi observat Camera Imperialis, in quâ sub magnis feriis non continetur dies Solis, *Schvvanm. in Process. Cameral. l. 1. c. 25. n. 3. & 4.* Decisionis loco dicendum reor, in mentione magnarum

feria-

feriarum Camerali non respici, quatenus dies est sacer, sed quatenus multi dies concurrunt, integrasque septimanas, vel etiam majores judiciorum vacationes, priusquam elabantur, continent; hinc jejuniorum & caniculares dies ad magnas etiam referuntur ferias, *Petr. Denais. de Jur. Cameral. c. 140.* Interim quod in eadem observatione habeatur dies Solis, quo festũ Natalis Christi, & parem reverentiam tribuere debeamus diei Solis, sicuti festo Nativitatis Christi, juxta *l. cit. omnes. 7. verb. in eadem. C. h. t.* id accipiendum est secundum subjectam materiam, quod sc. in die Solis æquè cessare debeat strepitus judiciarius, prouti in Natali Domini, Festo Paschatis, vel Pentecostes, & per consequens dies Solis non sit juridicus, sed sacer & solennis. Quamvis aliæ quoque magnæ festivitates dentur, quæ in Ecclesia celebrantur, quas in *thesi præc. cit.* König. die grosse Feste nominat. Sic, dum *Luc. VI, 1.* dicitur Sabbato secundo-primo, (de quo latius differentem vide *Calixt. Cont. Evang. l. 4. c. 1. pag. m. 157.*) *Osiand. in Comment. ad dict. vers. 1.* monet, Sabbatum secundo-primum nominari diem octavum alicujus festivitatis, cum quædam festa Judæorum ita octiduum duraverint, ut primus & octavus dies essent celeberrimi, & intermedii parum à profestis differrent. Unde in *c. 4. X. de Fer.* legitur festum Pentecostes carere octavis, id est, octavâ die; sive Dominicâ primâ post Pentecosten, non Pentecosten recoli, sed Festum S.S. Trinitatis celebrari, *Cujac. in comm. ad c. 2. X. de Fer.* In nostris itidem Ecclesiis non octavam agimus, id est, octavo die post Pentecostem non idem festum repetimus, sed novum Trinitatis festum habemus. Septem dies præcedentes, & septem sequentes dies Paschæ vel Natalis Domini sunt feriati, secundùm *l. 2. C. h. t.* vel, ut habetur in *c. pen. 15. q. 4.* septem diebus ante natalem Domini usque in octavas Epiphaniæ, & à quinquagesima usque ad octavas Paschæ sunt feriæ. Verùm illa jura apud nos non servantur, de quibus in *thesibus seqq.*

THES. XIX.

Nec minus controversum est (2) An dies solis septimanam inchoet, an finiat? Ego, stante hâc hypothesi, quod dies Solis ex libertate Christiana in locum diei Sabbati assumptus fuerit, eundem septimanam finire putarem, cum mihi hoc natura & ratio formalis

n.7. importet, qui ſemper reflectionem habet ad *τὸ annum.* Quod ſi verò diem hunc Dominicum præcisè pro octavo accipiam, prouti probabile eſt, primis inter Chriſtianos temporibus hoc, ne ordo computandi intervertatur, ſusceptum fuiſſe, negare nequeo, ab eodem ſeptimanam inchoari: quo procul dubio inclinat *L. ultim. C. Theodoſ. de Spectacul. Joh. de Sacr. Buſt. l. c.* qui refert, Hieronymum aliosque diem primum ſeptimanæ nominare diem Dominicum ſive primam feriam. Hinc facilis etiam eſt reſponſio ad argumenta eorum, qui volunt, perinde diem Solis in ſeptimana atque primum diem Paſchæ vel Pentecoſtes celebrandum eſſe.

THES. XX.

Eſt autem diei Solis ut & cæterarum feriarum, quibus aliud à lege tempus non eſt præfinitum, ſpatium unius diei per *l. omnes. 3. Pr. C. de Fer.* & dies à media nocte præcedente incipit, & ſequentis noctis mediâ parte finitur, *l. more. 8. ff. de Fer.* Non obſtat (1) *l. 2. §. cujusque. 1. de V. S.* Cujusque enim diei major pars eſt horarum ſeptẽ primarum diei, non ſupremarum, hoc eſt major & melior pars diei à ſummo mane usque ad vesperam. Ergo dies non incipit à mediâ nocte. Aſt diſtinguendum erit inter diem naturalem, *dict. §. 1.* & civilem, *dict. l. 8. Cujac. in Comment. ad ff. §. 1.* Civilis dies inchoatur à media nocte usque ad mediam noctem ſequentem, *dict. l. 8. in verb. more Romanorum.* cujus diei uſus eſt in contractibus & dilationibus, *Hering. de Fidejuſſ. c. 20. n. 30. & Coſtal. ad dict. l. 8.* Naturalis dies ab ortu Solis ad occaſum durat, *dict. §. 1.* Is habere dicitur duodecim horas, quam rationem computandarum horarum in Italiâ obſervari tradit *Cujac. ad dict. §. 1.* Apud nos dies naturalis cum luce minuitur & augetur, *Alciat. ad dict. §. 1. n. 7,* ac ille dies naturalis refertur ad exercitium judicii. Judices enim pedanei ſive dati ſedere jubentur à matutino tempore usque ad occaſum Solis, *Auth. 82. c. 3. & C. conſuluit. 24. x. de Offic. & poteſtat. Jud. delegat.* Quamvis cujusque loci conſuetudo quam maximè ſit ponderanda, *Gail. 1. obſ. 53. n. 4. & Schrader. de feudis, p. 9. c. 7. n. 39. arg. l. ſi locus, 59. de Judic.* Opponunt (2) *l. denique. 3. §. minorem. 3. de minor.* ubi dies incipit ab hora nativitatis & currit de momento ad momentum, & *l. quâ ætate. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Verum & his repono, in caſibus, quibus certum

tempus

tempus certumque initium destinatum est, sumitur principium ab illa hora, quæ ponderari jubetur in illis casibus; Si de ætate hominis quæritur, initium diei constituet hora nativitatis, *dict. l. 3. §. 3. & dict. l. 5.* aliàs, quando nihil refert, quâ horâ sit actum, & saltem certo die quid fieri jubetur, tunc locus erit *dict. l. 8. de Fer. & ibi Anton. Faber in Ration.* Pari modo tempus interponendæ appellationis vel leuterationis currit à momento horæ, in quo sententia publicata est, *l. 1. §. interdum. 5. ff. quand. appelland. sit. Moller. ad Const. Elect. c. 9. num. 8. p. 1.* Estque tempus decennii continuum, ita ut & feriæ solennes includantur, *l. 1. C. de Fer. Gail. 1. obs. 130. n. 5.* Denique afferunt *C. 1. x. de Fer.* Dies quippe Dominicus à vespera in vesperam celebrandus, *dict. c. 1. & c. quod die. 6. dist. 75.* Ast itidem respondeo, dies, more Romano, à media nocte incipiuntur, & finiuntur sequenti mediâ nocte, *dict. l. 8. de Fer. & dict. C. consuluit. 24. X. de Offic. Jud. deleg.* Sed quoad reverentiam & venerationem dies Dominicus incipit pridiè vesperæ, & desinit sequenti vesperâ, *dict. c. 1.* Nisi loci consuetudo aliud introduxerit, *dict. c. 1. & seqq. & ibi. Cujac.*

THES. XXI.

Sed quid Juris, si secundum Calendarium Gregorianum est dies Solis, neque respectu Calendarii nostri? Nec Actoris, nec Rei, sed Judicis feria observabitur, *arg. l. si fundus. 6. de Evict. l. semper. 34. ff. de R. J. l. testium. 3. §. fin. ff. de Testib. Gail. 2. obs. 123. n. 2. Arnold. de Reyger. Process. Judic. Disp. 4. th. 9. add. Andr. Vallens. in parat. decretal. n. 16. h. t.* Verum rectius *Frantzk. ad ff. n. 27. h. t.* monet, hoc facilè concedi posse, ubi una saltim religio viget, si verò diversæ, uti juxta Pacem Religionis de Anno 1555. in *Recess. Aug. §.* und damit solcher Friede. & Instrumentum Pac. Cæs. Suecic. Osnabrug. de Anno 1648. *cap. 5. §. 8. & seqq. & cap. 7.* in Imperio nostro Romano-Germanico tolerantur, vix hoc præcedet, *jung. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 63. Synt. J. C. Dn. Strauch. Dissert. ad ff. 24. aphor. 11. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 5. th. 9. lit. F. Dn. Fritsch. in addit. ad Reyger. Thesaur. verb. n. Feriæ. 2.* Et sic utrumque Calendarium observari in Camera Imperiali referunt *Schwanm. in Process. 2. 25. num. 4. Blum. in Process. Cam. lit. 62. n. 4.* Etsi enim respectu terminorum computandorum,

 pro-

productorum, ſignandorum, item in exhibendis ſupplicationibus, edendis decretis, expediendis proceſſibus, atque aliis actibus Judicialibus vetus ſtylus ex inveteratâ conſuetudine obtineat, & ſic olim in Camera *d. 14. Jul. Anno 1583.* concluſum fuerit: Daß der alte Calender in Ausbringung der Proceſſen ſoll gebrauchet werden. *vid. Antor. dec. Cam. ſub. verb. Calendarium.* Feriæ tamen hucusque & ſecundum vetus, & novum Calendarium (ut monui) celebrantur, donec conformitas Calendariorum introducatur, de qua Status Imperii jam olim egêre, ſed ſpretis variorum conſiliis res effectu caruit, *Dn. Ahasver. Fritſch p. 1. Elect. Jur. Publ. c. 15.* & in futura Comitis translata, *Receſſ. Imper. de Anno 1654. §.* Ob auch wohl. Eodem modo in Comitiis aliisque conventibus publicis Imperii noſtri feſta ſecundum utrumque Calendarium celebrantur, *cit. Friſch. Manual. Jur. Publ. p. 74.* Plura de Calendario Gregoriano vide *in Diſput. D. Arsicularis Tom. 1. diſp. Theol. Marpurg. diſput. 50. & ap. Dedekenn. Conſil. Theol. p. 1. Sect. 6. num. 1. pag. 1135.*

THES. XXII.

Cur verò discrepantibus Calendariis nec actoris, nec rei, ſed judicis obſerventur feriæ, ratio ſumitur ex *arg. dict. l. ſemper. 34. ff. de Reg. J.* Quod non immeritò ſequamur regionem, in quâ litigatur. Quemadmodum enim teſtamentum dicitur ſubſiſtere ſecundum ſolennitates, quæ uſitatæ ſunt in loco teſtamenti conditi, *Reuſner. de Teſtam. p. 1. c. ult. n. fin. per l. ſi fundus. 6. de Evictio*n. *Gail. 2. obſ. 123. n. 2. & 3. Koppen. q. 55. n. 2.* ita quoad ordinaria & præparatoria judicii (i.e. quoad formam & ſolennitates proceſſus judicialis) attendenda ſunt conſvetudo & ſtatuta loci, in quo litigatur, ſive actor & reus ſint ejusdem fori, ſive non; ſive clericus laico, ſive laicus clerico controverſiam moverit, *Panorm. ad c. 9. num. 10. X. de For. compet.* Idcircò reſpiciendum ad ferias loci, ubi cauſa agitur, nec ad illas, quæ ſunt in domicilio litigatorum uſitatæ, *Gilken. ad l. cunctos. 1. n. 17. C. de ſum. Trinit. per l. 3. §. fin. ff. de teſtib. in verb. quæ conſuetudo in eâ in quâ judicat. & l. cum Clericis. 25. in fin. C. de Epiſcop. & Clericis.* Non obſtat (1) *dict. l. ſi fundus. 6. ff. de Evict.* ubi locus contractus, nec locus judicii perpenditur. Diſtinguendum enim inter ordinaria & deciſoria judicii: In *his*, quæ pertinent ad cauſæ deciſionem, ſpecta-

tur

tur locus contractus, *dict. l. si fundus 6. Mynf. cent. 4. obs. 81. n. 2.* & in delictis locus, in quo delictum commissum, *arg. l. omnem. 20 ff de judic. & dict. l. 9. in pr. ff. de Extraord. Crim. Jul. Clar. in Pract. Crim. q. 85. n. 2.* In *illis* verò, quæ pertinent ad ordinationem litis & processum, consideratur consuetudo loci, in quo litigatur, *dict. l. 3. §. fin. de Testib. Duar. ad tit. ff. de Testib. n. 2.* Neque (2) impedit, quod actor sequatur forum rei, *l. 2 Cod. ubi de Crim. ag. & l. ult. C. Ubi in rem act.* unde effici videtur, quod rei sive accusati feriæ debeant observari. Certum siquidem est, quod non semper reus in loco domicilii conveniatur, v. g. reus actorem reconveniens causam peragere tenetur coram actoris judice, *l. qui non. 22. de Judic.* quare nec rei, nec actoris, sed judicis feriæ considerantur, *Jason. ad l. cunctos. 1. n. 21. C. de Summ. Trin. per dict. l. 3. §. fin.*

THES. XXIII.

Cæterùm hæc diei septimi festiva celebratio in tantum repetitur necessaria, ut, qui fecerit opus in eo, occidi jubeatur, *Exod. 35. vers. 2.* Ideoque, qui in die Sabbati ligna collegerat, obrutus fuit lapidibus, *Num. 15. v. 35. & seqq.* quæ pœna apud Judæos ferè omnium gravissima, *Joh. Ad. Osiand. de Sabbat. th. 7. pag. 190. Selden. de J. N. & sec. disc. Hebr. lib. 4, cap. 8. pag. 534.* Verùm illa pœna in Politia Mosaicâ tantum locum habuit, nec in hodierna Republ. obtinet, *Joh. Osiand. ad dict. cap. 15.* Unde etiam in Scabinatibus nostris arbitraria tantum pœna hactenus dictata fuit contra eos, qui profanaverunt sabbatum, & propterea cujusque loci consuetudo attendenda. Sic penes Saxones, si quis rusticorum die feriato operas fecerit manuales, sex grossos, si in labore equos adhibuerit, 12. grossos solvere debet, prouti videre est apud *Carpzov. in Consistor. l. 2. def. 252, tit. 16. num. 4. & seqq.*

THES. XXIV.

Prohibentur verò (1) in die solis aliisque diebus festis Majestati Altissimæ dedicatis promiscuæ voluptates, *l. fin. in pr. C. de Fer. Scotan. Exam. jurid. q. 7. h. t.* Nec quicquam facit, quod festi dies à festivitate & lætitia nomen habeant; quippe non saltem ad devotionem, verum etiam ad hilaritatem instituebantur festi dies, *Senec. 1, de Tranquill. animæ.* Sunt enim duo voluptatum genera, alia concessa,

alia non. Concessis licet uti, ita tamen, ne excedatur modus. Rarissimè quippe omnes voluptates maximè delectant, sed si quis excesserit modum, suavissima quæque fiunt molestissima, *Epict. apud Stobæum.* Deus quoque concessit hominibus tempestivas & honestas voluptates, *Osiand. ad cap. 2. lib. Sapient.* Dum igitur Imperatores in pr. *l. fin.* volunt, dies festos nullis voluptatibus occupari, respiciunt ad finem principalem festorum dierum, ut cultui divino detur opera, *Wesenb. in parat. ff. de Fer. n. 7.* ac prohibent illas voluptates, quæ cultum divinum impediunt, *l. 7. C. de Fer.*

THES. XXV.

Sunt autem illæ, quæ v. g. exhibentur in scena theatrali, *vid. Const. Dn. Wilhelmi, de Anno 1653. d. 16. Julii, ubi*: Würden sich Comædianten oder andere Spieler und Fechter angeben/ꝛc. In Certaminibus Circensibus, quæ aliàs habebantur in circuitu ensibus positis, *Rosin. 5. Antiqv. c. 5.* Spectacula lacrymosa ferarum, *l. 8. §. 11. & 12. ff. de Pœn.* Multi quidem putant, hoc non speciale esse in diebus Dominicis aliisque festis; quin potius in genere spectacula prohiberi, sive dies festus sit, sive non. Ducuntur autem *primò l. 2. §. fin. ff de his. qui not. infam.* quia spectaculum sui præbens quæstus causâ, infamiâ notatur, *add. Freher. de Infam. l. 3. n. 14. Deinde* per spectacula corrumpuntur homines & deterior vivendi modus inde nascitur, *l. 1. §. fin. ff. de Serv. corrupt. in verb. vel in spectaculis nimius. Præterea* interdictum est Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & omnibus aliis cujuslibet Ordinis venerabilis Collegii, ad quodlibet spectaculum spectandi gratiâ venire, *Auth. interdicimus. C. de Episc. & Cleric. Denique* miles quæstus causâ spectaculum præbens capite plectitur, *l. quædam. 14. ff. de pœnis.* Ad hæc repono, & quidem ad (1) etsi propter mercedem & quæstus gratiâ prodeunti in scenam irrogetur infamia, *dict. §. fin. l. 2.* interim tamen ipsis permitti solet facere ludos, *l. ult. in pr. ff. de Ædilit. edict.* Ad (2) dico, deteriorem facit servum, ipsi persuadens, ut nimius sit in spectaculis, *dict. l. 1. §. fin.* Non igitur prohibitum, diebus profestis spectare ludos, sed tunc animi vitium deprehenditur, si quis nimius est in spectaculis, hoc est, si modum excedit, vel assiduè spectat ludos, *dict. l. ult. in pr.* Maritus quidem uxorem, quæ spectaculis interfuit, repudiare potest, *l. consensu. 8. §. vir quoque. C. de Repud.*

nisi ipso non prohibente ludos accesserit, *dict.§.3.* Ergo regulariter conceditur apparare ludos, illosque videre, per *dictt.§.3.ibi. in quibus hac assolent celebrari.* Omitto, quod hodie causa illa, quæ in *dict.§.3.* affertur, non sit sufficiens ad divortium. Ad (3) respondeo, Episcopis aliisque venerabilis Collegii personis interdictum est venire ad spectaculum animi recreandi causâ, *dict. Auth. interdicimus.* alii igitur regulariter impunè admittuntur. Quod enim in *c. non oportet. 37 de Consecrat. dist. ult.* injungitur Clericis abire convivio, joculatoribusque advenientibus, id ad alios non extendendum, *dict.§.3.l.8.* In (4) patet, casum specialem latere; Nam hoc, quod miles quæstus causâ spectaculum præbens, capite puniatur in *dict.l.14.* perperam ad paganos extenditur, *l. quod ait. 2. § fin. de his qui not. infam.* sunt quippe quædam delicta, quæ pagano vel nullam, vel leviorem pœnam imponunt; sed graviorem militi, propter militaris conditionis dignitatem, afferunt; *dict. l. quadam. 14. Anton. Faber. in Rational. ad dict. §. fin. l. 2. de Fer. Freher. l. 3. c. 18. n. 5. de infam.* Exemplum notabile de Tamerlano Rege Scythiæ videatur penes *Lauterbeck.* in seinem Regenten-Buch/ *p. 3. cap. 7. fol. 92.*

THES. XXVI.

(II) Profanatur dies solis & quilibet Deo assignatus dies festus executionis & aliæ exactionis vexatione, *l. cit. fin. pr. C. de Fer.* Ergo vel publicum, vel privatum debitum efflagitans judicatur non tantum notabilis, i. e. infamis, *l. 1. § 5. ff. de Postuland. Donell. 18. comm. c. 6.* verum & sacrilegus, utpote à sanctæ religionis instituto & ritu deflectens, ac legem violans, *l. Solis diem. 3. C. Theodos. de Execut. & Exact.* Nam contra legem faciens tenetur sacrilegii, i. e. legis violatæ crimine, *l. ult. C. de crimin. Sacril. Cotas. ad l. congruit. 8. n. 1. & l. 2. ff. de Offic. Præs.* Etiamsi sciam, quod is demum in specie sacrilegus nominetur, qui rem sacram aut religiosam abstulit furto, *l. sacrilegi 9. §. sunt. ff. ad L. Jul. Pecul. Harpr. ad §. 9. n. 4. Inst. de Publ. Judic.* Hodiè solis quoque die atque ita festo exigi solet debitum, nec propterea creditor infamia notatur. Nisi fortè hoc de exactione voluntaria, non violentâ, intelligere velis.

THES.

THES. XXVII.

(III) Non valet citatio, si dies vel terminus comparendi incidat in diem Solis, aliumque feriatum, *l. fin. §. 1. C. l. 1. pr. ff. de Fer. Gail. 1. obs. 53. num. 14. Ruland. de Commissar. p. 1. l. 5. c. 3. n. 20. & seqq. Carpzov. in Process. Jur. tit. 7. art. 2. num. 39.* quod adeò verum, ut nec Judæus teneatur comparere, si terminus incidat in ipsius sabbatum, *l. 13. C. de Judæis, vid. Brunnem. in Memorial. LL. Cod. p. 6.* Nisi sint causæ, quas etiam tractare licet die feriato, ut sunt (1) causæ studiorum, *Rebuff. de Privileg. Scholar. privil. 4. Ungep. ad Decretal. n. 27. h. t.* ubi casum singularem ex *Anton. de Butrio* recenset: quod si unus ex Scholaribus, qui habent cameras & musæa contingua, alterum impedit studere propter strepitus, quos facit, vel clamores, vel quia altâ voce legit, possit etiam die feriato à judice compelli, ut vel taceat, vel recedat. (2) alimentorum (3) carceratorum (4) pupillorum (5) viduarum (6) miserabilium personarum, (7) aliam celeritatem in expediendo requirentium, *Gail. dict. obs. 53. n. 13. Umm. disput. ad Proc. 5. §. 11. n. 61.* Deinde afferunt Canonistæ ad *c. cum dilecti. 6. X de dol. & contum.* aliam quoque exceptionem, nimirum ejusmodi citationem non esse ipso jure nullam, sed sequenti die comparere debere reum, per *dict. c. 6. arg. l. Celsus. ff. de his, qui arbitr. Cast. ad l. fin. C. de Fer. n. 2.* Porrò alii putant, quod citatio omninò valeat & illius vigore citatus venire teneatur, non ut procedatur in causâ, sed ut judici se repræsentet, *vid. Joh. Pels. in Proc. Jud. tit. 12. n. 66.* sed rectè hoc negat *Dn. Nicolai, in Proc. p. 1. c. 3. n. 38.* adeò, ut neque partium consensu actus ejusmodi Jurisdictionis contentiosæ, in sacris & repentinis feriis expediri possint, *c. ult. X de Fer. l. 7. & ult. C. eodem.* Præterea König/ *in Proc. c. 33. n. 2. & c. 41. n. 2.* distinguit inter ferias constitutas in honorem Dei, & illas, quæ necessitatis hominum causâ dantur, ut caniculares, & vindemiales, quasi in his citatus comparere debeat. Cui opinioni contradicunt *l. 1. in pr. & l. 6. ff. de Fer. Zas. ad l. 1. §. 16. n. 10. ff. de Nov. Oper. Nunciat.* Denique *cit.* König *dict. c. 33.* ait, Scabinos Lipsienses velle, citationem comparendi die festo procedere, quando cultus divinus est finitus in templo, Nach Ausgehens des Amt der Messe. Sed festi dies prohibentur esse juridici, *l. 7. C. de Fer. & l. fin. h. t.* nec distingitur inter partes illorum dierum,

dierum, quare igitur totus dies non erit feriatus? Enimverò facili negotio prudens Judex hoc scrupulo supersedebit, modò citationi clausulam addat hanc; Daß Beklagter auf den N. Tag/ oder wo solcher kein Gerichts-Tag wäre/ den Nechsten Gerichts-Tag hernach/ erscheine. *Vant. de Nullit. sent. ex. def. cit. num. 66. Job. Pels. Proc. Judiciar. tit. 12. §. 13. num. 66. Ayrer. Proc. histor. p. 1. c. 5. obs. 2. num. 58.*

THES. XXVIII.

(IV) Non valet juramentum testium, *c. IX. de Fer. Anton. Faber, in C. Sabaudiæ, def. 2. h. t.* Nec (V) Sententia, quam rectè animam judicii vocat *Dn. Nicolai in Proc. Part. 1. c. 67. n. 1.* in feriis pronuncianda est, quia absque strepitu judicii fieri nequit, *Marant. in spec. Aur. p. 6. Act. 1. decis. n. 88. Rosbach. in Proc. Civ tit. 72. n. 27. Perez. ad C. n. 10. h. t.* Quamvis autem, si non appellatum fuerit, prolatam sententiam in rem judicatam ire putet *Anton. Faber in C. Sabaudiæ, def. 1. h. t.* ubi dicit, moribus receptum esse, ut etiam ab iis, quæ ipso jure invalida sunt, appellandum sit, per *l. 27. ff. de Re judic.* cum quo consentit *Grœnew. ad l. ult. C. h. t.* rectè tamen refutantur à *Brunnem. in Comment. ad ff. n. 6. h. t. ad l. 1. & 6.*

THES. XXIX.

Rescripserunt ibidem (VI) Imperatores in *l. fin. §. 1. C. de Fer.* nulla quenquam (in die sc. solis) urgeat admonitio: omnium quoque publicorum privatorumque debitorum differatur exactio, *add. l. 7. in fin. C. h. t.* Ast his opponitur primò *l. miles, 11. §. 6. ff. ad L. Jul. de Adult:* Potest enim die feriato libellus offerri judici, *Jacob. de Aren. ad cit. l. fin.* Deinde in feriis rectè appellatur, *l. 1. C. h. t.* Tertiò feriæ etiam à forensibus tantum negotiis dant vacationem, *l. penult. ff. de Fer.* nec à quibusvis extrajudicialibus. Resp. distinguendo inter admonitionem extrajudicialem & judicialem: Nam *l. fin. & dicta l. 7. in fin.* non intelliguntur de verbali interpellatione & exactione, quæ verbis sive scripturâ à creditore perficitur, ut & nunciatio omnibus diebus fieri potest, *l. 1. §. item. 4. ff. de nov. oper. nunt.* Verbum igitur *admonitio* in *§. 1.* non accipitur verbotenus, sed cum effectu; cum præsertim adjectum habeat vocabulum *urgeat.* Sic in *fin. dict. l. 7.* dicitur

citur de compulsioue & ejusmodi exactione, quando judicis autoritate quis die festo compellitur solvere, eapropter in *cit.§.1.verb.admonitio.* cum effectu intelligi debet, sicut aliàs verba sunt ita accipienda, *l. non videtur.53. & ibi Anton. Faber, in Rational.ff.de Procur.Termin.in Process.cap.207. n.9. per l.1.§.fin.ff.quod quisq. jur.* Etenim & exequi citationem die feriato conceditur, *arg. l. si cum. 26. in pr. cum l.seq. ff. de donat. inter V. & U.* ergo multo magis licita erit privata admonitio in feriis.

THES. XXX.

(VII) Nulla esse debet cognitio jurgiorum in diebus solis & reliquis festivis divinis apud arbitros, sive sint flagitati à judice, sive spontè dati, *l.7.verf. in eadem. C.de Fer.* Etsi autem arbitri in specie sic dicti eligantur partium compromisso, *l. pen. ff. de Jud.* interdum tamen arbitri vox usurpatur pro judice dato, *Duar.c.2.de Judic.* Effectus igitur feriarum est, ut, judici nec nec arbitro jus dicere liceat, *Wesenb.parat. ff.de Fer. n.8.* Objicitur, quod unicuique juri pro se introducto renunciare concedatur, *l.pen.C.de Pact.* Ergo coram compromissario tempore quoque feriarum cum consensu litigatorum exercebitur judicium. Resp. (1) Rusticis feriis, ut vindemiarum & messium, renunciari potest; per *l.1. in pr. ff. de Fer. in voc: cogat.& l. pen. C. h. t.* Feriis autem repentinis & in honorem Dei introductis frustra renunciatur, *arg. l. publicum.38. ff.de Pact. Gail.1, obs.53. n.16. & Goldstein. in Process.de Fer.* (2) Distinguendum esse puto inter arbitros compromissarios, & arbitratores, Germ. Schieds-Leuthe, qui absque laude arbitrium suum peragunt: *hi* etiam die feriato ad honorem Dei introducto rectè arbitramentum suum interponunt, quia se habet tantum per modum placidæ transactionis, & hi, ut loquitur *Eckolt. in comment. ad ff. tit. de Recept. qui arbitr. §.1.* simpliciter aliquid æstimant, & partibus viam & modum ostendunt honestis in medium allatis rationibus, quibus controversiam dirimere debeant; *illi* verò, qui instar judicis se habent, sententiam dicere nequeunt, *Menoch.de Arbitr.q.30.* Præterea (IIX) Decretum judicis in alienatione rei minoris interponi non potest die feriato, quia & hoc requirit causæ cognitionem, *Balb. decis.153.*

THES.

THES. XXXI.

Sic (IX) die Solis & in aliis festis ad honorem Dei destinatis cessare debent torturæ quoad minora & non capitalia delicta [secus est dicendum de majoribus, capitalibus & atrocibus, ubi nec dies Paschæ, Pentecostes vel Natalis Domini excipiuntur.] Hinc (1) quando propter furtum extraordinariè agitur, v.g. ad fustigationem, reus ad veritatem eruendam minimè diebus Solis vel festis juxta Dd. rectè torquetur, quamvis ego defendam, nec quibusvis non festis. Delicta enim, si sunt capitalia, vel aliàs atrociora, requiritur, ut perveniatur ad torturam, *l.8. in pr. ff. de quæst.* Sunt autem capitalia delicta in genere, quæ mortis pœnam, vel metalli coërcitionem, vel deportationem inferunt, *l. capitalium. 28. in pr. ff. de Pœn.* Interdum vero, si capitalia delicta in specie vocantur, quæ vitam adimunt, & pœnam mortis, atque ita ultimum supplicium dictitant, *l.1. de bon. eorum, qui ante sent. & dict. pr. l. 8 de quæst.* erunt delicta non levia, *l. levia. 6. ff. de Accus.* quæ, si non ultimum supplicium & pœnam mortis, nihilominus damnationem in metallum vel deportationem afferunt, per *dict. pr. l. 28.* Ceteræ pœnæ, ut relegatio ad tempus vel in perpetuum, vel in insulam, vel ictus fustium, ad capitis periculum non pertinent, *dict. l. 28. §. ceteræ. 2. de pœn.* hoc est, non sunt capitales pœnæ, & per consequens respectu delicti, propter quod fustigatio imponitur, non est torquendus reus, *Marant. in specul. part. 4. dist. 2. n. 5*, qui tamen *n. 6.* ab illa sententia discedit. Adversari videtur *l. nullam. 14. C. ex quibus caus. infam.* ubi ictibus fustium quis subjectus fuit ob crimen quæstione habitâ. Respondeo, ibi ictus fustium non est pœnâ delicti, sed modus torquendi. Quod verô de fustium ictu in jure nostro proditum est, id ad fustigationem in hisce terris usitatam perperam extenditur. Cum fustigatio in Saxonia sit pœna capitalis, & proptereà admittat torturam, *Wesenb. in parat. ff. de quæst. n. 1.*

THES. XXXII.

Cessat (2) tortura die solis vel aliis feriatis in delictis, propter quæ quis in opus publicum damnatur. *Paulus* enim *5. Recept. sent. t. 17. §. 2.* gradus delictorum & pœnarum constituens, ait, summis suppliciis pœnam mortis mediocribus delictis metallum & deportatio-

tationem, minimis relegationem & opus publicum adſcribi. Sic in *l.28. §.1. de Pœn.* datus in opus publicum negatur ſuſtinere pœnam capitalem. Quare propter delictum, ex quo dictatur in opus publicum condemnatio, reus non torquebitur, ſive ſint feriæ, ſive non, per *dict.l.8. in pr. de quæſtion.* Non obſtat *l. ſunt quidam. 17. in pr. de pœn.* Efficiuntur enim ſervi pœnæ damnati in metallum & in opus metalli, *dict.l.ſunt quidam 17. in pr.* Ergo in metallum ſive in opus metalli qui damnari poteſt, prius torturæ ſubjicietur ex legitimis indiciis, ſi negatur delictum. Reſpondemus: Damnatus in metallum vel in opus metalli, ut opus facere compellatur, *Heig. ad §. publicorum. n.9. Inſt. de publ. Judic.* damnatus item ad ferrum, i.e. ludum gladiatorium, *Cujac. ad l. 8. ff. qui teſtament. fac. poſſ. n. 215.* patitur maximam capitis diminutionem, *l. in metallum. 26. de pœn. dict. l.17. in pr. l. ſi quis. 25. § ſi quis. 3. de Acquir. Rer. D. & l.8. in fin. qui teſtam. fac. poſſ.* A damnato autem in metallum vel in opus metalli ſeparatur damnatus in opus publicum, quia hic nec libertatem, nec civitatem perdit, *dict. l.28. §.1. ff. de pœn.* Cum minimæ pœnæ ſint relegatio in opus publicum & vincula, *§. ſumma. 2. tit. 17. lib. 5. ſent. recept. Pauli.* vel ſi ad tempus quis damnatur ad opus publicum: Nam in perpetuum damnatus amittit civitatem, *dict. l. ſunt. 17. §. item. 1. ff. de pœn.* quamvis libertatem retineat, *Cujac. in not. ad dict. §. n.2.* Recedere à nobis videtur *Scipio Gentil. 3. de Juriſdict. c.8.* Etſi verò opus publicum alias eſt generale vocabulum, & amplectitur ſub ſe opus metalli, in jure tamen noſtro opus publicum ſimpliciter uſurpatur, ut opponatur operi metalli, *Scip. Gentil. dict. c.8.* Metallorum opus eſt gravius & durius, quam alia opera publica, *Petr. Greg. Tholoſ. lib. 31. c.36. n.1. in Syntagm. Jur. Univerſ.* Quamobrem propter delictum, ex quo quis in opus publicum, in ſpecie ſic dictum, damnari ſolet, non eſt uſurpanda tortura contra negantes delictum, per *dict. l. 8. in pr. ff. de Quæſt.* præterquam ſi quis in perpetuum eſſet damnandus in opus publicum, quia veluti deportatus amitteret civitatem, *dict. l.17. §.1. & dict. l.28. in fin. pr. ff. de Pœn.*

THES. XXXIII.

Sic (3) die Solis vel in feſto Nativitatis Chriſti captivus non poteſt torqueri propter delictum, quod meretur relegationem.

Rele-

Relegatio enim refertur ad pœnas minimas, *§.2.tit.17.5. sentent. recept. Pauli.* Relegatus quippe nec libertatem, nec civitatem perdit, quia pater relegatus in insulam retinet liberos in potestate, & liberi relegati manent in potestate patris, *§. relegati. 2. Inst. quib. mod. Jus Pat. potest. solv.* & sive ad tempus, sive in perpetuum quis fuerit relegatus, civitatem retinet, *l. relegatorum. 7. §. sive. 3 ff. de Interdict.* Ut autem torturam adhibere liceat, adsit oportet delictum capitale vel atrox, *dict. l. 8 in pr. ff. de quæstion.* Sic delictum irrogans ictus fustium non admittit torturam, *l. 28. §. 1. ff. de pœn.* licet fustigatio pœna durior sit, quam relegatio, *l. ult. ff. de Injur.* Opponunt nonnulli *dict. §. summâ. 2.* ubi minimis pœnis annumeratur etiam exilium; nec dubium est, quin exilium referatur ad mediam capitis diminutionem, quæ affert jacturam civitatis, *l. publicorum. 2. de Publ. Judic.* Ergo capitalia quoque delicta sunt conjuncta cum minimis pœnis, & per consequens cum relegatione: cum præsertim etiam relegatio sit exilium, *l sed. 4. in fin. pr. ff. si quis caut.* His tamen regerimus: etsi relegatio interdum vocetur exilium, *dict. l. 4.* relegatio tamen propriè dicitur, quando civitas retinetur, *dict. l. 2.* & exilio civitas amittitur, *Cujac. 6. obs. 12.* Nec movet *dict. §. summa. 2.* ibi enim exilium intelligi debet de relegatione, quæ salvâ civitate contingit, per *l. exilium. 5. ff. de Interdict. & relegat. Duaren. 1. Disp. c. 37.* Relegatio siquidem in *dict. §. 2.* est vel omnium vel certorum locorum interdictio; *dict. l 4. vid. Cujac. in not. ad dict. §. 2.* Non igitur tortura rectè infertur respectu criminis, propter quod relegatio irrogari solet, *Wesenb. in parat. ff de quæstion. n. 5.* Dissentiunt Dd. communiter, qui in levibus quoque delictis torturæ locum attribuunt, *vid. Farinac. l. 1. tit. 5. qu. 42. n. 19.* per *l. 1. de quæstion.* Ubi generaliter in criminibus ad eruendam veritatem conceditur tortura, & per *l. militis. 8. §. 1. C. de quæstion.* ubi in omnibus publicis criminibus habetur quæstio: Ergo & in iis, quorum pœna est relegatio, videtur permittenda tortura. Sed *dict. l. 2. & l. 8. §. 1.* sunt restringendæ secundum *l. 8. in pr. ff. de quæstion.*

THES. XXXIV.

Actibus denique die dominico illicitè peragendis annumero (X) venationem, quæ non sine strepitu cultusque divini neglectione instituitur. Concordat Rescriptum Elect. Christiani II, de anno 1603.

§. Damit num. *verb.* so sollen auch in den Feyertagen die Jagten nicht angestellet werden. *Add. Andr. Hondorff. in Promptuar. Exemplor. secund. Ordin. Decalog. ad precept 3 p. 86.* ubi refert, daß GOtt einen/ der gewohnt war alle Sonntage und zwar unter habender Predigte zu jagen/ so sehr gestrafft/ daß ihm sein Weib ein Kindlein mit einem Hundes-Kopffe gebohren. Sacris verò non neglectis, quin feras, quas vocant, minores, animi saltim delectandi gratiâ, vel bestias nocivas atque rapaces, necessitatis ergo, aliquis insequi possit, nullus dubito. Prohibentur quoque secundum Jus Canonicum die dominico genuum flexio, *c. 2. §. 1. X. h. t.* ac jejunium, *c. 14. X. de V. S.* de quibus in conflictu videbimus. Quid de nundinis sentiendum, infra explicabimus.

THES. XXXV.

Cessat verò animadversio hæc (1) in emancipatione; idem judicium esto (2) de manumissione, *l. 2. in pr. & l. 8. in fin. C. de Fer.* Licet namque operibus profanis non sit utendum die solis, sed audiendum & meditandum verbum Dei, ut injungitur in tertio præcepto Decalogi; conceduntur tamen (α) opera Sabbati sanctificationem & gloriam Dei non impedientia, *Osiand. ad cap. 5. Joh.* Unde non omnes actus voluntariæ Jurisdictionis diebus Dominicis ritè peraguntur, *l. omnes 7. vers. in eadem. C. de Fer. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 35. in Syntagm. Jur. Civ.* His adde (β) decidendi rationem desumptam ex *l. 1. C. Theodos. de Fer.* gratum & jucundum esse; illis diebus, quæ sunt maximè votiva, compleri; jam verò emancipatio & manumissio sunt maximè votiva, h. e. maximè voto desiderantur, cum emancipatione desinant libri in potestate parentum esse, *§. præterea. 6. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.* manumissio liberet à potestate dominica, *in pr. Inst. de libert. add. Brunnem. ad l. 2. C. de Fer. n. 6.* Idem volunt (3) de adoptione *Marant. p. 4. dist. Jud. 16. v. 60. Hahn. ad Wesenb n. 6. h. t.* Idem (4) de unione prolium testatur *Dn. Schilter. Exercit. Theor. Pract. ad π. 7 tit. de Fer. th. 26.*

THES. XXXVI.

☞ Quoad Emancipationem aliàs (de qua in *n. 1. th. præced.*) opponi posset, *l. quin etiam. 55. ff. de R. N.* Emancipatus enim non est amplius

plius in familia, sed extraneus, nec amplius de jure civili cognoscitur pro filio, quia emancipatus amittit omnia jura filii quoad jus civile, *Ant. Fab. in Jurispr. Papin. pr. 10. Illat. 1.* tollit & emancipatio pietatem patri de jure civili debitam, *l. ult. in fin. ff. si à parente quis manumiss. Anton. Fab. dict. pr. 10. illat. 3.* ergo emancipatio non est votiva. Ast plus hîc est in conclusione, quam in præmissis. Deinde emancipati liberi jure quidem civili nihil juris habere dicuntur in *§. emancipati 9. Inst. de hæred. quæ ab intest.* propter ea, quod nec sui heredes, nec agnati sunt, *lib. 2. Instit. Caji. tit. 8. in pr. & §. 3. l. 1. in pr. ff. Unde cognati.* Prætor autem, naturali æquitate motus, admittit emancipatos, *dict. §. 9.* idemque postea sancitum in *Nov. 118. c. 1. in pr.* Nec dubium est, quin Novellæ sint portio juris civilis, *vid. Heig. ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. c. 5. num. 26. & 28.* tradens, de jure quoque Codicis emancipatos vocari ad successionem, per *l. fin. C. de legit. hered.* ubi tamen jus Prætorium allegatur. Ad *dict. l. ult.* respondetur, ibi pietatem poni pro potestate, nam & hæc in pietate consistit, *l. divus 5. ff. ad L. Pompej. de Parricid. Cujac. 11. qv. Pap. ad dict. l. ult.* Aliter respondet *Fab. dict. illat. 3.* distinguens inter civilem & naturalem pietatem.

THES. XXXVII.

Sed, an hæc emancipatio die solis vel alio festivo in acta insimul referri debeat, quæritur? Scripturam, sive acta, de necessitate non requiri docent, *l. 2. C. de Emancipat. liberor. l. 11. C. de Fid. instrum. Heig. ad §. 8. num. 2. Institut. quib. mod. patr. pot. solv.* Dissentit *Donell. 2. Comm. c. 26.* pro quo facere videtur *l. 8. C. de Fer. in fin.* ubi acta super emancipatione vel manumissione non prohibentur in diebus festis. Sed sensus est, quod emancipatio vel manumissio non prohibeatur peragi vel fieri in die festo. Deinde si verba finalia *l. cit. 8.* essent intelligenda de scriptura sive insinuatione, inde tamen non efficeretur, acta esse necessaria in emancipatione, cum &, frequentioris usus gratiâ, mentio fieri soleat actorum.

THES. XXXIIX.

Aliàs (5) officia misericordiæ, per quæ Sabbatum non violatur, *Luc. 14. v. 1.* exerceri licitè possunt. Hinc Poëta: Non rectè servat

legalia

legalia sabbatha culta, qui pietatis opus credit in his vetitum. Sunt autem tales, ægroti visitatio, ejusque tàm animæ, quàm corporis sanatio, *Calixt.l.4.c.2. Concord.Evang.* hominis è periculis liberatio, carcerati defensio, (quia & hic est persona miserabilis, *Marsil. de Bannit. verb.Carcerati.n.13.* & ipsorum causa dicitur pia *ibidem n.14. Cala, de mod.probandi.Gloss.1 §.1 num.96.fol.34.*) boni consilii communicatio, corporum mortuorum sepultura: & licet hanc apud Romanos fuisse illicitam die feriato referat *Columella de R. R. lib.2.* attamen eandem inter actus misericordiæ Romanos numerâsse satis indicant loca *Qvintiliani*, illam misericordiæ & religionis nomine insignientis *lib. 12.c.ult. Instit. Orat. & Seneca*, qui illam misericordiam & humanitatem appellitat, *add.Ulp.l.at si quis.§. interdum. D. de fun. act. Modest. l. quidam in suo de Cond. Inst.* propterea nec hosti deneganda, *vid. Grot.l.2.c.19. §.3. de J.B. & P.*

THES. XXXIX.

Sic (6) peraguntur die Sabbati, quæ differri non possunt, item (7) quæ Reip. interest expediri, ut investigatio latronum, *l.penult.C. h.t.* eorundem ad furcas suspensio, *vid. Arnold. de Reyger in Thesaur. Practic.verb.feriæ.* Item de puniendis hæreticis statuit *Andr.Vallens. in parat.Decret.n.7.h.t.* debitoris de fuga suspecti detentio, ut vel satis det, vel detentus maneat, *Salycet. ad l. fin. C. de Fer. Angel.Aretin. ad §.idem juris. Inst. de Except. n.48.* His adde custodiam ac disciplinam militarem, vigiliasque *l.pen.ff.h.t.* (8) quæ pertinent ad annonam publicam (sc. in iis, quæ alio die haberi non possunt) vel (9) ad cultus divini ac feriarum tuitionem, litiumque sublationem, *l.fin.C.h.t. Bernh.Scotan.Exam.Jurid. ad tit.ff. de Fer. q.6.*

THES. XL.

Idem (10) de bello affirmare conabor cum *Nicol.Causino de Regno Dei Diss.76.p.236.* in casu sc. necessitatis non solum propter *c. 15. XXIII. q.7.* ubi Pontifex disertis verbis feriis Quadragesimalibus hoc licitum in casu necessitatis pronunciat; verum etiam ex regulâ communi: ubi à privato vel alio, qui in nostras nihil juris prætendere personas valet, intentatam vim vi quocunque tempore repellere licet, *l.1.ff. de vi & vi arm. Wesenb.Consil.19.p.1.n.4. & 25.* Sic in Codice Sacro. Israelitas die septimo septies urbem Jericho, dum illam oppugnarent,

gnarent, ambiisse legitur *Josuæ 6. 15.* simile exemplum refert *Herm. Hermes, in fascic. Jur. Publ. cap. 11. n. 135. q. 3.* quod Anno 1512. d. 11. Apr. in festo Paschatis à Pontifice & Maximiliano I. Imperatore facta fuerit celebris illa expeditio apud Ravennam, ubi tringinta millia cæsi. Addatur *Everhard. Wassenberg. de Bello Bohem. p. 18.* tradens nunquam imminentis victoriæ (à parte Cæsarianorum) manifestiora signa apparuisse, quàm die Dominico, quo per totum orbem Evangelium legebatur: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris.* Sed quàm stulta imbuti fuerint opinione Judæi, videre licet apud *Joseph. l. 12. c. 8. Antiq.*

THES. XLI.

Cùm quoque secundum *Thomam 2. 2. q. 122. a. 4.* nullius spiritualis actionis exercitium sit contra observationem Sabbati, & non æque, ac servilia opera, prohibeantur liberalia, docente *Andr. Vallens. in parat. Decret. n. 10.* juri (11) operam dans die Dominico non peccabit, etsi sint, qui dissentiant, existimantes totum diem juxta *c. 16. de Consecr. dist. 3.* hymnis tantum & Psalmis consumendum esse. Distinctione quidem rem controversam sopire conatur, *Nicol. de Tudeschis ad c. 1. X. de Fer.* inter studium, quod lucri, & quod veritatis eruendæ gratia suscipitur. Verum nec hunc audio, opus enim suapte natura liberale propterea, quod mercedis gratiâ exerceatur, non fit illiberale & servile, sed merces & lucrum est tantum accidens respectu operis liberalis & servilis, *Laym. Theol. Moral. l. 4. tr. 6. c. 2. n. 4. p. 159.* Quare cum *versicul. Joh. Baptist. Caccialup.* (Qui vult Sanctorum celebrare singula festa, non poterit clarè cum Codice scire Digesta) contenti vivimus, & Lect. B. ad *Magnif. Schröt. Cas. Consc. Cas. 43.* ubi dissentientibus satisfacit, remittimus. Quod de studiis, illud & de ceteris actibus liberalibus dicendum: Sic scribere, quod ad primam artem liberalem pertinet, transscribere, item pingere, si absque magno apparatu fieri possit, licitum est; idem judicium esto de typographis, qui characteres ordinant, secus de iis, qui libros imprimunt, *cit. Laym. l. 4. tr. 6. c. 2. n. 3.*

THES. XLII.

Sic die solis (12) modicum iter jucunditatis gratiâ rectè instituitur, *Luc. 24. v. 13. Act. I. v. 12. Andr. Vallens. in parat. Decret. n. 10. de Fer.* Quod & Judæos ut licitum agnovisse, patet ex *Matth. 12. v. 1. & seqq.*

seqq. ubi Apostolos non propter ambulationem, sed spicarum vellicationem saltim reprehenderunt: interim hoc ad certum præfixumque terminum restrinxerunt, de quo transgressorumque pœnâ pluribus agit, *Seld. de Jure N. & C. juxta Discipl. Hebræor. l. 3. c. 9. Christoph. Dauderstadius in dispos. Dom. Evang. p. 2. pag. 631.* Minime interim, quæ diximus, ad eos, qui iter curribus equisque onustis faciunt, extendere volumus, nisi duro necessitatis telo ad hoc adigantur: tunc enim semel ingressum iter continuari potest, affirmante *Laym. l. 4. tr. 6. c. 2. n. 5.* Sic peregrini aurigæ vinum & alias merces, sine præjudicio tamen incolarum, vehere possunt, quamvis rectius, exemplo cubicularii illius Regii, cujus fit mentio *Act. VIII. vers. 28.* allaborandum eò, ne cultus divinus impediatur. *Add. sæpius citat.* Erneuerte Kirchen-Ordnung in den Ertz und Stifftern Mäintz. *verb.* Wann auch fremde Fuhr-Leute oder Wein-Käuffer vorhanden/so zu eylen/und nicht in die Länge mit schweren Unkosten still liegen können/so lassen wir geschehen/daß zu zeiten Sonn- und Feyer-Tage befindender Nothdurfft halben/dieselbe nach gehaltener Predigt ihre Ladung thun mögen/iedoch daß solches zu keinem gemeinen vorsätzlichen Mißbrauch/so wol bey den Inheymischen/als Ausländischen/nachmahl gezogen/sondern allein nachdeme es die Nothdurfft erfordert/nachgegeben werde.

THES. XLIII.

An igitur dies Solis quoque (13) est feriatus in opere Rustico? Negativam sententiam reperi apud *Bart. ad l. 3. C. de Fer.* ubi dies, inquit, dominica feriata est in omnibus, præterquam in opere rusticali. Verum etsi in *dict. l. 3.* ruri positis permittitur libera agrorum cultura, non tamen id generaliter accipiendum, quasi in feriis destinatis cultui divinæ Majestatis concedatur rusticis inservire liberè culturæ agrorum. Videndum enim, num necessitas immineat & periculum sit in morâ. Nam ratio legis ponderanda, quæ affertur in *fin. dict. l. 3.* ne sc. occasione momenti pereat commoditas cœlesti provisione concessa, videndum, ne illo momento, sive tempore, quo occasio succurrendi annonæ, præbetur, abeunte, publica utilitas annonæ negligatur, per *l. 3. ff de damn. infect.* Sic in *c. fin. X. de Fer.* permittitur tem-

tempore necessitatis exercere judicium cum consensu partium in feriis solennibus. Ac in regionibus maritimis, in quibus homines ex halecum piscatione potissimum victitant, licet die Solis ad illorum capturam concurrere & laborare, cum non semper, sed certis saltem temporibus copiam halecum mare agat in littus, *c. licet. 3. & ibi Cujac. X. de Fer.* ubi solum excipiuntur majores anni solennitates, ut festum Nativitatis Christi, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, in quibus occupatio circa capturam halecum prohibetur, *dict. c. 3.* Idem & de thinnis, de quibus *vid. Franzius in Histor. animal. p. 3. c. 4. pag. 765.* & aliis piscibus, qui solum uno anni tempore eodemque brevi capiuntur, refert *D. Soto, l. 2. d. J. & J. qv. 4. art. 4.* simili modo in Thuringia & hîc Jenæ tempore vindemiarum, post concionem matutinam, colliguntur uvæ, & mustum inde exprimitur die Dominico.

THES. XLIV.

Posset in contrarium quis moveri *Nov. 54. Leon.* ubi dicitur, quod in *dict. l. 3.* dehonestetur dies Solis, nec agriculturæ diligentia, sed Solis virtus, quando Deo visum sit, fructuum abundantiam suppeditet; ideò & agricolis injungitur ab opere rustico vacare: propterea, quod futilis sit ratio, quam protulit Constantinus Imperator in *dict. l. 3.* frequenter evenire, ut non magis aptum tempus, quàm dies Dominicus reperiatur, quo frumenta sulcis, vel vineæ scrobibus mandentur. Sed tamen eatenus saltim approbata videtur Constitutio Leonina, quatenus *cit. l. 3.* generaliter loquitur, agrorum & vinearum culturæ inservire licere & die Solis, *Alber. ad dict. l. 3.* Diem quippe sabbati sanctificare debemus. Etsi enim Israeliticâ Republicâ sublatâ & Leviticis ceremoniis abrogatis, non eâdem severitate observatio diei dominici urgenda sit, neque nos ita strictè, ut Judæi, ad extremum otium in diebus festis alligati simus, nostrum tamen erit cessare à politicis & œconomicis operis, & Magistratus procurabit, ne tempus audiendis sacris concionibus destinatum tribuatur tractationi rerum profanarum, *Osiand. ad dict. c. 15. Num. Joh. Maldonat. ad c. 5. Joh. n. 12.* Imperator autem in *cit. l. 3.* operas rusticas, ut ex finalibus verbis colligitur, non generaliter, sed, ut dictum est, imminente necessitate die Solis indulget. Quæ necessitas etiam attenditur in sacris

 literis,

literis, *Luc.XIV.v.5.* Et cum David fame premeretur sacros panes, quos, juxta constitutionem Legis Mosaicæ, nemini, nisi solis Sacerdotibus, qui erant de genere Levitico, manducare licebat, edit, *1. Reg. 21.v.6.* ubi necessitate excusabatur David, quod, quamvis de tribu Judæ, nec de genere Levitico esset, panibus sacris ad famem sedandam vescebatur. Deinde *Marc. 2. v. 23.* discipuli Christi vellebant spicas die Sabbati, non ut in illo laborarent, sed ut corpus reficerent. Et Sabbatum cedebat necessitati propter famem urgentem discipulos *Joh. Osiand. ad dict. cap. 2. add. Joh. Adam. Osiander in tract. de Sabbatho pag. 184. & seq.* Unde *Damhoud. in prax. crim. c. 119. n. 17.* pastores nominat irreligiosè religiosos & nimium rigidos, qui tempore messis non ferunt, rusticos die dominico & sereno triticum invehi, quamvis metus adsit, ne postero die pluvia frumentum in agro retineat. Non malè igitur faciunt pastores pagani, sed suis suorumque parochialium commodis prospiciunt atque consulunt, si conciones horis habeant matutinis, ne sacris etiam diebus ruricolæ à faciendo opere, si tempus exigat, detineantur. Quod constitutio Eichsfeldiaca egregiè confirmat C. 1. §. Ebenmäßig: cujus verba transcribere non piget, ad hunc enim modum illa: Zur Ernd- und Herbst-Zeit/ wann auf die gebotene Sonn- und Fest-Tage/ eine besorgliche Noth fürfallen solte/ werden sich unsere Pfarr-Herren mit Unterredung eines iedweden Orths Beambten oder Schultheissen/ auf der Unterthanen Ansuchen mit Erlaubnis deren auf solche Zeit nothwendiger Arbeit/ nach verrichtem Gottes-Dienst/ altem Herkommen und Gelegenheit nach / der Gebühr zu bezeugen wissen.

THES. XLV.

Sed an (14) pinsere licet jure Justinianeo in die Dominicâ? dicendum primâ fronte secundum Justinianum videtur, quod sic: Nam pistoriæ causæ rectè tractantur diebus quoque feriatis, *l. 5. C. de Fer. Cujac. de divers. tempor. præscript. c. 13.* Quemadmodum autem necessitas svadet primò quoque tempore causam pistoriam, ut de penu nobis prospiciatur, & in promptu habeantur panes, *dict. l. 5. Duar. ad tit. ff. de fer. c. 1.* ita eodem modo necessitas postulat molarum usum,

adhi-

adhibere feriatis quoque diebus. Sed, uti dictum est, Impp. in *dict. l. 5.* denegant exceptionem feriarum in causis pistoriis, si sunt feriæ æstivæ vel autumnales, nec quoad ferias cultum divinum concernentes, *l. omnes. 7. in fin. h. t. Azo, in comm. ad cit. l. 5.* Ergo die Dominico pinsere est prohibitum, *dict. l. 7 in fin.* Videmus interim in aliquibus locis frumenta moli die solis, quæ consuetudo, si ta est introducta, abstracto jure civili, non destituitur ratione, quando præsertim id fit tempore nocturno: siquidem & Laodicæi Concilii *can. 29.* concedit non cessare ab opere, vitæ tolerandæ causâ, post preces solennes Deo in Ecclesia additas, *Cujac. ad c. 3. X. de Fer.* Pro ejusmodi quoque statuto vel consuetudine facit *l. 3. vers. ruri. C. h. t.* Idemque (15) de Zythopoija statuere non vereor, siquidem & Cerevisia est res, cujus quotidianus est usus, & ad victum perquam necessaria, *vid. Zythand. à Bude, de Jure braxandi p. 2. c. 2. n. 27.*

THES. XLVI.

Rebus, quæ die Dominico licitè peragi possunt, annumerabimus (16) convivia. *vid. Petr. Ravanell. in Bibliothec. sacr. vocab. Festum n. 6.* sed ea, quæ neque sunt inhonesta, neque divinum cultum impedientia. Cujus rei si vis, ut sistatur tibi probatio, sistam ipsam veritatem Christum, qui neque convivia apparare, neque iis interesse interdixit, aut, hominem pium & fidelem hoc facere, indignum reputavit, sed ipse invitatus apparere voluit. Etenim apud *Luc. XIV. v. 1.* relatum legimus, quod Sabbatho intraverit domum Principis Pharisæorum ad manducandum panem, quod juxta interpretationem *Osiandri* nihil est aliud, quàm ut cum ipso & reliquis LL. peritis, quorum in *vers. subseq.* fit mentio, unà pranderet. Illi autem viri, cum Hierosolymis magnâ in dignitate vixerint, nullum est dubium, quin etiam convivium lautioribus epulis instructum habuerint. Exemplo huic Christi lubet adjicere, idque magis ad thesin nostram dilatandam, quam confirmandam (qvum verissimum sit quod in ea volumus) quod Christiani veteres sæpius diebus sacris Agapas, uti in *Codice Canonum Can. 70.* appellantur, instituerint, quæ à repotiis sic differebant, quod illæ extra nuptias, hæ verò absque nuptiis esse nequibant, *Rosin. l. 15. c. 37.* atque nihil erant aliud, quam publica convivia post peractam communionem clericis & pauperibus, declarandæ

charitatis & gratitudinis ergo, exhibita, *Körig.Caf.confc.p.304. Ravanell.loc.cit.sub vocab.Agapæ.add.Gerhard.T.5.LL.Theol.L.de Cœna.§.7.f.4.* Nec officit illud *Chryfoftomi de Eleemofinis, in 1. Cor. 16. ferm. 22.* ſpirituali honore hunc diem venerari oportere, non convivando, nec vinum profundendo; illum enim tantum de commeſſatione cum ebrietate conjunctâ loqui demonſtrat *Oſiand. in tr. de Sabbat. p.27.8.* Ex jam dictis clarum fit, minus eſſe illicitum ignem accendere, *vid. Kesler. in Cafib.confc.p.65.§.4.* coquere, vaſa purgare &c. (quod & Judæis olim licuiſſe patet & *c.12. v.16.Exod.* non obſtante *c.35.Exod.v.3.*) quæ facienda eſſe olim negabant Eſſeni, ſecta variâ religione nimis capta, cujus mores atque ſuperſtitionem ſic deſcribit *Joſeph. l.2.c.8. B.J.* quod adeò ſuperſtitiosè Sabbata coluerit, ut neque cibum ſibi niſi pridiè præparaverit, ne videlicet illo die ignem accenderet, ſed neque vas aliquod transpoſuerit, imò nec alvum purgaverit. Sed, utut hæc & ſimilia dictis diebus conceſſa credimus, minimè tamen dicimus omnibus ſeſe Eccleſiæ ſubtrahere prædicationemq; verbi divini negligere, licitum eſſe, ſed ut aliqui ad minimū concioni interſint, Paterfamilias curabit. In quam ſententiam iterum egregiè diſpoſuit Unſere erneurete Kirchen-Ordnung/ wornach ſich in denen Ertz- und Stifftern Mäyntz/ Würtzburg ꝛc. zu richten haben: *cujus verba hæc*: Es ſoll zum wenigſten in ihren Häuſern eine ſolche Abwechſelung geſchehen/ daß wo nicht alle/ doch iedes mahl etliche Perſohnen in der Kirchen ſich einſtellen/ und neben andern den heilſamen Gottes-Dienſt mit abwarten.

THES. XLVII.

Hisce cautelis obſervatis, idem (17) de nuptiis pronuncio, [quamvis acerrimè contra hoc diſputaverint Roſtochienſes improbando nuptias in hunc diem relatas] tàm quoad copulationem *jung. Oſiander. in tr. de Sabbatho p.280.* quam quoad convivium nuptiale. Atro quidem carbone notat eos *Mich. Haveman. in Gamolog. ſynopt. l.2.tit.11.n.4.* qui ex conſuetudine diebus dominicis nuptias celebrant, cum quo conſentit *Ludov.Dunte, in C.C. c.10.q.33.p.293.* ubi *n.6.* refert, Das Tilemannus Heßhuſius und ſein Collega Petrus Eggerdes ſeynd zu N. bey nächtlicher weile ausgeführet/ und ins Elend ver-

ſtoß-

stossen/ daß sie ernstlich über dem 3. Geboht gehalten/ und Hochzeite auf Sonn- und Festtage nicht haben bewilligen wollen/ aber der Rath hat sich bekehret/ in sich geschlagen/ und es geändert/ und die Verfolgung/ an solchen Männern begangen/ Gott abgebeten. Verum quia nuptiæ generi permissorum annumerari possunt, & consuetudo vim veritatis præ se fert, quid in tali consuetudine mereatur reprehensionem, non video. Quod enim per multas heluationes nox in diem, & sequens dies in noctem contra naturæ ductum mutetur, abusui adscribo, & dudum huic malo medicinam adhibuêre LLlatores, quod & à Reverendissimo Electore Moguntino in *cit.* Erneuerte Kirchen-Ordnung *c.X.§.* Es sollen auch factum esse videmus, *verb.* daß iederman im Winter üm 9. Uhr: im Sommer üm 10. Uhr nach Hause gehe. Quod verò de die dominico dictum, ad festum quadragesimæ & adventus Christi non extendendum, *c. non oportet. 33. q. 4. c. nec uxorem. caus. & q. iisdem. C. capellanus. 4. X. de Fer.* Hæ enim f[e]stæ magis per pœnitentiam, quam hilaritatem celebrandæ. Fusius de hâc quæstione evolvatur *Sanchez. de Matrim. lib. 7. disp. 7. per tot. Basil. Ponce, de Matrimon. lib.* 10. *c.* 9. *p.* 500. *Carpzov. Jurisprud. Consistorial lib. 2. tit. 9. defens. 151.* ubi sequens refert rescriptum: Demnach uns der Superintendens zu O. zu erkennen gegeben/ daß der Pfarr zu G. in der Wochen Invocavit verschienenen Fasten Hanßen S. und N. Tochter ehelich getrauet/ wie ihr aus den Inschluß zu vernehmen/ als begehren wir hiermit/ ihr wollet ermelten Pfarrer zu G. unverzüglich fordern/ ihm seiner Begünstigung halber ernstliche Verweissung thun/ und darneben untersagen/ da künfftig dergleichen Klagen wider ihn einkommen daß er alsdann in gebührliche Straffe genommen werden soll.

THES. XLIIX.

Cum verò convivii nuptialis hilaritas maximâ ex parte in choreis consistat, & has diebus feriatis (18) duci posse haut nego. Non immeritò enim inter artes liberales numerantur à *Zasio, in Com. ad Decret. n. 7. h. t.* saltator etiam omnes numeros implens singularem aptitudinis speciem præ se ferre videtur, & hæc motio, si fiat modicè,

non

non solùm sanitati conducit, sed & præsentibus singularem lætitiam parit. Sic Alphonsus Rex Neapolitanus chorearum aliàs contemptor & hostis, cum Fridericum III. Imperatorem & Eleonoram ejus conjugem hospitio excepisset, saltavit in publico, daturus amico rarissimum lætitiæ argumentum, *vid. Nicol. Causin. de Regno Dei, Dissert. 22. p.m. 61.* Malè quidem choream definit *Wilhelm. Lugdunens.* citatus *Carpzovio*, inquiens: Chorea est circulus, cujus centrum est Diabolus. Quas etiam odio prosequi videtur *Fr. Joh. Paul.* in Schimpff und Ernst / *tit.* von Tantzen. *c. 337.* tradens: Es soll kein frommer Mann seine Frau noch seine Tochter zum Tantz lassen gehen / du bist sicher daß sie nicht als gut wieder heim kömpt / als sie ist dargangen / sie begehren oder werden begehret / und haben ihre Hand in einer unreinen Hand. Si verò (ut probabile) citati Autores de abusu, nocturnis, & impudicis saltationibus sermonem habent, facilè cum illis compromitto, tales enim non solùm in *LL. XII. Tab.* sunt prohibitæ, *vid. Crus. de Noct. c. 9. n. 11.* verum etiam in Rebuspublicis nonnullis adeò restrictæ, ut non, nisi cum consensu Magistratus, permittantur, *Conf. sæpius laudat.* Erneuerte Kirchen-Ordnung *c. 1. §.* Und ob wol. *ibi*: Warum gleichwol bey unsern Pfarr-Herrn und iedes Orths Beambten und Schultheissen iedesmahl zu förderst angesuchet werden solle. *Add. Osiand. in tr. de Sabbat. p. 277. q. 4.* qui benè monet, satius esse quandoque concedere juventuti choreas, quàm otia vitiosa, & clancularios conventus.

THES. XLIX.

Ratione processus (19) Libellus judici offerri potest die Solis & quolibet feriato, quoniam de plano quoque libellus dari potest: idque verum, sive actio intentetur civilis, sive criminalis, v.g. adulterii accusatio, *arg. l. miles. 11. §. 6. ff. ad L. Jul. de Adult. Jacob. de Aren. ad l. fin. C. de Fer.* Quid? quod *Hædemann.* in die solis licitè putet Citationem decerni posse, *Disput. 5. th. 15. in not.* ubi ait: non omnes actus diebus feriatis conquiescunt, sed citationem die feriato ad diem non feriatum rectè decerni, cum hic citationis actus sit extrajudicialis, atque ita cesset ratio probationis, quæ afferri solet ex *c. 1. fin. X. de fer. Gail. 1. obs. 53. n. 5. & Harpr. disp. 1. Process. th. 167.* Sic *Castr. ad l. fin. n. 2.* inquit: commissionem citationis, sive decretum judicis & man-

mandatum, quo injungitur apparitori, ut citet, posse fieri die in honorem Dei feriatâ; cum nulla requiratur cognitio, *arg. l. actus. 8. in fin. C. de Fer.* Dissentit *Jacob. Butrig. in Comm. ad l. fin. C. h. t.* ex hac ratione, quod illa prima pars citationis, nempe præceptio judicis, sit quædam sententia interlocutoria, *per l. cum Clericis. 25. in fin. pr. & l. omnes. 33. in pr. C. de Episcop. & Cler.* Verum supplicationis narratis, quoad decernendum processum & citationem, creditur, *l. cum quædam. penult. §. 1. de Jurisdict. Gail. 1. obs. 31. n. 1.* Nec *l. 25. & dict. l. 32.* evincitur, mandatum sive præceptum judicis citandi reum esse sententiam interlocutoriam, cum & in hac opus sit cognitione causæ, *arg. l. 39. ff. de Adopt.*

THES. L.

Idem dicendum (20) de citationis insinuatione, *Cardinal. Tusch. conc. 100. n. 1. lit. F. Hahn. ad VVesenb. h. t. n. 5.* König in *Process. c. 33. in fin. verb.* der Fron möge auf eine Feyertag vorladen. *Arnold. de Reyger. disp. 2. proc. th. 21. in not.* quia non refert, quo tempore quid agatur, sed in quod tempus effectus rei dirigatur, *l. in tempus. 2. in pr. ff. de hæred inst. jung. Vant. de Nullitat. in process. Rubr. 14. n. 119. cum Rot. decis. 367. VVesenb. ad tit. de Fer. Andr. Vallens. Decretal. h. t. n. 13.* qui putant, actum citationis non esse judicialem, sed extrajudicialem, & sic cessare rationem *c. 1. & fin. X. h. t.* imò insinuationem esse facti, nec fieri per judicium, sed per nuncium & notarium, vel per literas nullamque causæ cognitionem requirere, *c. prudentiam. c. cum contingat. X. de offic. delegat. c. cum parati. 19. X. de Appellat.* Contrarium tuetur *Specul. de Citat. art. 10. n. 3. VVurmbs. l. 1. pract. observ. tit. 6. obs. 4. Treutl. vol. 1. Disp. 4. th. 4. lit. C. ibique Hunn. cit. vol. 1. Disp. 4. th. 4. Mynsing. cent. 1. obs. 77. in fin. Goldstein. in Process. tit. de Fer.* qui vult, citatum die festo, ut compareat ad diem non feriatum, non teneri comparere (secus in feriis rusticis, ubi sui copiam facere debet, *cap. fin. X. de fer.*) partim quod processus sit ipso jure nullus, *l. 2. in fin. C. h. t.* partim quod dies dominica ita semper honorabilis & veneranda sit, ut à cunctis executionibus excusetur, nulla quenquam urgeat admonitio, taceatque apparitio & horrida vox Præconis, *l. fin. C. de Fer.* (Apparitores enim sunt, qui in jus vocant, & jussa Magistratus exeqvuntur, *l. 5. §. 13. ff. de Reb. eor. qui sub tut. Donell. ad l. 5. de in jus vocand. n. 14.* Præco quoque in jus vocat reum

auto-

autoritate magistratus, *Rosin.1.Antiq.c.48.* cujus vox dicitur horrida, quia sæpè reis molesti sunt appararitores & præcones per executionem citationis, vel propter suam in jus vocationem, vel ut *Gothofred. in not. ad l.fin.C. de Fer* habet, quia sæpè eliguntur præcones vocalissimi & stentoreæ sive horridæ vocis) Atqui negari non potest, quin in jus vocationis insinuatio sit executio, sit admonitio, sit apparitio: Igitur cessare & tacere debet die dominicâ, His adde, quod in *c. fin. X.de Fer.* jubeantur die dominica omnes quiescere processus. Ast, quicunque fuerit, inficias ire nequit, quin executio citationis ad processum pertineat: quocirca die dominicâ citatio fieri non potest ad diem non festum. Sed ego ad cujusvis argumenti minorem respondeo negando: Falsum quippe est, citationis insinuationem esse & importare actualem apparitionem & executionem, vel ad processum spectare hoc modo, ut pars citata eo ipso die, quo citata est in judicio compareat, sed solummodò post se trahit admonitionem de imposterum comparendo, *Johan.Monach. in process. part.3. c.5. n.17.* breviter: constat insinuationem hanc non esse actum jurisdictionis contentiosæ, sed eam saltem præparare, adeoque tanquam extrajudicialem, ut jam ante monitum, & omitti & suscipi diebus feriatis posse, in quo textibus citatis praxis quotidiana minimè adversatur, *add. Gail.d.obs.53. n.7.* Distinctionem hîc faciunt *Jac.Butrig. & Castrens.ad l.sæpe cit C. de Fer.* inter diem solis & cæteros dies festos; quod scilicet die solis prohibitum sit insinuare citationem, non verò in aliis diebus festis, *add.Dn.Nicol.p.1.c.4.n.10.* sed huic reponere valeo generalitatem concessæ insinuationis hactenus satis enucleatam pariter atque deductam.

THES. LI.

Tertia pars citationis est relatio nuntii de legitimè facta citationis insinuatione, *Wesenb.in parat.ff. de Fer.n.fin.* quæ relatio, nisi ex actis appareat, non valet citatio, *Wesenb. dict.n.fin.Mynf.Cent.1. obs.77. & König, in Process. c.24. n.fin.* Eam (21) rectè die solis ad acta registrari posse, Praxis edocet. Putat quidem *Mynf. dict. obs.77.* quod de jure communi non habeat locum illa relatio nuncii in die festo, sine dubio motus, *l fin. §.1. in verb. taceat apparitio, præconis vox horrida silescat.* Verum illa verba non sunt intelligenda de relatione citationis factæ, quasi illa citatio, die solis vel aliis feriis peracta, sit nullius

mo-

momenti. Neque enim Judici vel notario causæ vox præconis vel apparitoris, indicantis quomodò commissam citationem expediverit, est horrida atque timenda, *Jacob.Butrigar. & Castr. ad l fin.* præsertim cum nec præsentiâ partis opus sit, quando fit relatio nuncii, *Bart.ad l.14.n.10.*

THES. LII.

Testium examinatio (22) die feriato licitè peragitur *Gloss. Clem. un. de offic. Delegat. Dom. Card. Tusch. Conc. 100. num. 8. lit. F. Rebuff. art. 1. Gloss. un. in fin. de Reprobat. test. Ruland. de Commissar. p. 1. l. 5. c. 3. num. 6. 7. & seqq. Rosbach. in Process. p. 1. c. 58. n. 7.* Dissentit *Perez. in prælect. ad Cod. n. 10. h. t.* & quodamodò *Ungepaur.* solos excipiens testes senes & valetudinarios, *in Comm. ad Decret. n. 22. h. t. add. Brunnem. ad l. ult. C. h. t. n. 5.* Sed hi quam maximè, occupati sunt circa juramentum, quod à teste in die dominica præstandum esse nolunt; præprimis si attestatum testium, quando in tempora longiora differtur, parti non singulariter præjudicet. Idem judicium (23) esto de appellatione tanquam re favorabili, *Andr. Vallens. in parat. Decretal. n. 14. h. t. Nicolai in Process. p. 2. c. 3. n. 22. Tusch. concl. 96. n. 7. lit. F.* & hoc probari posse videtur per *arg. l. 1. C. h. t.* Consuluerat etenim Verinus Impp. an feriæ repentinæ prodessent appellantibus, ne tempora appellantibus, ne tempora appellationum, feriis illis durantibus, currerent, ubi rescripsere Imperatores, tempora appellationum esse continua, nec augeri propter ferias, idemque esse, ac si nullæ feriæ essent indictæ, *cit. l. 1.* quod tam de interponendâ, quàm prosequendâ appellatione verum esse autumo: Nec quicquam me movet, quod in appellatione quidem interponenda parum referat, num feriæ incidant, nec ne, cum ille actus non sit judicarius, & proinde feriatis quoque diebus expediri possit, per *l. miles. 11. §. 6. ff. ad L. Jul. de Adult.* non autem licet prosequi appellationem in diebus feriatis, per *l. 5. ff. de Fer.* tempus igitur prosequendæ appellationis non erit continuum, sed subtrahentur feriæ. Contrarium siquidem deciditur in *l. tempora. 2. §. pen. ff. de tempor appel. & in l. 1. C. h. t.* nam quoad judiciales actus, concesso tempore utili, ratio habetur feriarum, *cit. l. 5.* non etiam in tempore continuo, *l. 1. C. h. t. Azo. & Castr. ad cit. l. 1. Cujac. in parat. h. t. add. Mynsing.*

Cent.3.Obſ.15.n.12. Sed quid ſi finis dilationis atque ita terminus incidat appellanti in diem feriatum? *Bald. in Comm. ad cit. l.1. n.1.* inquit, tempus prorogari, ſi in termino ſint feriæ repentinæ, ita tamen, ut uſurpetur reſtitutio in integrum contra dilationem dilabentem propter ferias repentinas, nec ſubveniri quoad ferias ſolennes, per *l. 26. §.7.ff. ex quib.cauſ.maj.* ſed ex eo ipſo, quod propter repentinas ferias uſurpanda eſt reſtitutio in integrum in proſecutione appellationis, colligitur, tempus eſſe continuum, *vid.Maurit.in tr.de reſt.in integr. c.43. & 356.* In Camera Imperiali tempus proſequendæ appellationis non currit, *Gail.1.obſ.141. n.7.* aliter ſe rem habere in inferioribus judiciis, docet *Mynſ.cent.6.obſ.12. n.6.* Sed nec in Electorali Aulico nec, uti conſtat, hic, Jenæ, in Judicio provinciali fatalia proſequendæ appellationis ita præcisè attenduntur, *Moller. lib.4. ſemeſtr. c.32. num.3.* quando appellantis non evidens deſidia & culpa deprehenditur, *vid. Fachin. 1. controv. 79.*

THES. LIII.

Actibus, qui licitè diebus ſolis peragi poſſunt, annumerandam (24) cenſeo Fidejuſſionem. Quanquam enim in *l.fin.§.1 C de Fer.* injungatur, ne fidejuſſionis flagitetur exactio, hæc tamen verba non prohibent generaliter quamvis fidejuſſionem die Dominico fieri. Hinc *Azo, in Comm.ad licit.fin.* fidejuſſionis verbum in *l. cit.fin. §.1.* intelligi ait de fidejuſſione v.g. judicio ſiſti, vel judicatum ſolvi; quia non ſimpliciter prohibetur fidejuſſio, ſed ne fidejuſſionis flagitetur exactio, quod multo magis probabile videtur ex *§. præſenti 7. hujus leg fin* ubi pacta & contractus, qui pactorum ſpecies ſunt & fidejuſſionem ſub ſe comprehendunt, diebus Dominicis conceduntur. Contradicit mihi *Anton. Hering. in tract. de Fidejuſſ. c 12. n.19.* inquiens: Ni caſus incideret, quo die dominico extra caſum probabilis & extremæ neceſſitatis contractus aliquis ſcienter eſſet celebratus, & deſuper fidejuſſio præſtita, non vereor talem contractum & talem fidejuſſionem penitus annihilare, propter *l. 2. in verb. reliquæ cauſæ vel lites quieſcant.C.h.t.* Non enim ſaltem lites, verum etiam cauſæ jubentur quieſcere. Cauſæ autem opponitur liti, *l.16. C. de tranſact.* Deinde non tantum judices, verum & urbanæ plebes, & cunctarum artium officia venerabili die ſolis quieſcere jubentur in *pr.l. omnes.3.C.de Fer.* Plebem ac artes mechanicas oportet ab officiis, quæ diebus profeſtis

in officinis exercere solent, abstinere. Officium interdum significat eos, quæ apud officium sive in loco officii sunt, ut recipiant cautiones, *l. illicitas. 6. §. ne tenuis. 5. de offic. præsid.* Unde *apud officium deponere* est deponere in loco, in quo officiales consistunt, *l. 7. §. fin. qui satisd. cog.* Interdum enim apud acta, interdum apud officium, sive in loco, ubi sunt officiales, cavetur, *l. eum. 17. ff. de in jus. vocand. & ibi Anton. Fab. in Rationalib.* Sed in *dict. l. 3.* officia sunt, quæ plebs exercere solet diebus profestis, illa die Dominico quiescant, tabernæque & officinæ claudantur, per *dict. l. 3.* Ergo etiam tàm extrajudicialis quàm fidejussio judicialis die solis prohibita videtur. Tandem in *dict. l. fin. §. 1.* interdicitur fidejussionis exactio, nec distinguitur inter judicialem & extrajudicialem fidejussionem. Ergo nec nos distinguere debemus, *l. 8. de Public. in rem act.* Verum, ut *Heringio* respondeam, in *dict. l. 2.* appellatione causæ non nunquam venit lis, ut in *pr. §. Si quis. 32. Inst. de Action. & l. 13. §. 3. C. de Judic. Cujac. ad Nov. 69.* nec particula *sive* semper diversas species, sed aliquando aliud denotat, & interdum explicat vocabulum præcedens, ut appareat, de quo casu sermo fiat, nempe de lite. Videtur quidem in *dict. pr. l. 2. C. h. t.* appellatione causæ non denotari lis, cum præsertim permittatur die Dominico emancipare & manumittere, reliquas verò causas quiescere debere præcipiatur. Verum causas in *dict. l. 2. h. t.* non referri ad fidejussionem vel contractus, colligitur, ex *verb. seqq.* dum Imperator inquit *agendarum causarum tribuatur licentia.* Verbum igitur *causæ* in *dict. l. 2.* sejuncturus à *lite* sumat illam differentiam, quæ est inter controversiam & litem, quatenus lis est tractatus judicialis, incipiens à lite contestata, *l. 5. in pr. de pet. hered. & ibi Cujac.* Præterea ad *alleg. pr. l. 3. de Fer.* dico, plus esse in conclusione, si quis argumentatur: Urbanæ plebes & cunctarum artium officia venerabili die solis quiescant. Ergo nec fidejubeant, vel non contrahant. Quies namque est laboris intermissio, *Goclen. in Lex. Phil. ad vocab. quies.* Labor assiduus & immodicus frangit corpus & animum, nec durare potest qui semper intenditur arcus, *Coras. ad § post hunc. l. 2. n. 11 de Orig. Jur.* Est igitur inter alios & hic finis diei Dominici, ut per cessionem operis fit recreatio aliqua, *Coras. dict. n. 11.* Sabbathum institutum est, ut otium sit respirandi à laboribus, ac ut quies fit ab operibus civilibus, politicis ac œconomicis, ad audiendum & discendum verbum Dei,

Januarius decimus mensis) apud Romanos tamen Calendæ Januarii inchoant annum, *C. si quis. 15. XXVI. q. 7.* Sanè utrumque admitti potest, Calendis Januarii Romanos magistratũ iniisse ac simul novum annum inchoâsse, *Matth. Dresser. de Festis diebus.* Sed hodie Romanum Imperium planè novam faciem induit, *Heig. part. 1. q. 2. n. 3.* Cum igitur Calendis Januarii apud nos non mutetur magistratus, ideò nec propterea sunt feriæ in Calendis Januarii. Deinde propter novum annum Calendas Januarii colere prohibemur, *dict. c. si quis calendas. 15. Petr. Gregor. Tholos. l. 2. Jur. Univers. c. 16. n. 28.* Romani quidem sacra fecerunt Jano, juxta versum *Ovidianum*:

Jane, tibi primùm thura merumque fero,

Et ob memoriam ætatis Saturni homines erant liberales, *Petr. Gregor. Tholos. l. 3. Jur. Univers. c. 6. n. 3.* Nos autem colimus Calendas Januarii non propter novum annum, nec respectu aliorum Deorum; sed propter festum Circumcisionis Christi. Hinc *Dresserus* inquit: Christianos novi anni initium sumere à natali Christi, neque illum diem esse festum quod sit initium anni, sed quia cultus Deo debitus in eodẽ præstatur, *C. fin. X. de Fer.* In Camera Imp. feriæ sunt à 24. Dec. usq; ad 6. Jan. inclusivè *part. 2. Ord. Cam. c. 33. add. Schwanm. lib. 1. c. 25. n. 2. in Process.*

THES. LVI.

(2) Festum Epiphaniarum, cujus tempus seu numerus dierum in *l. 2. C. de Fer.* constituuntur 15. dies: quanquam juxta *C. fin. X. de Fer.* unus tantum dies tribuatur, idque etiam ita observatur in his terris juxta *Ordinat. Eccles. tit. 33. in verb.* bis auf den 6. Tag Jan. inschließlich des sechsten Tages / cum quotannis sexto Januarii festum Epiphaniæ habeamus, *Joh. Cöler. in Calendar. perpet.* & propterea sit festum immobile, sicut & festum Nativitatis Christi immobile est, *Matth. Dresser. in lib. de Festis diebus.*

THES. LVII.

Omnis insuper cognitio criminalium quæstionum (III) inhibetur quadraginta diebus ante diem Paschæ, *l. 6 C. de Fer. Donell. 24. Com. c. 7. Henric. Zæs. in Comm. ad Decretal. n. 1. h. t.* Non obstat *l. provinciarum. 10. C. de Fer.* Nam quod in quæstionibus latronum, nullum quadragesimæ tempus, nec venerabilis Paschæ dies excipitur, id fit, ne differatur sceleratorum consiliorum proditio, quæ per latronum tormenta quæritur, cumque condonatio summi Numinis sive Dei facillimè

spe-

speretur, quando multorum salus & incolumitas procuratur. *dict.l. 10.Duaren.l.2.disp.c.12.& Cujac.in tract. de divers.tempor.præscript.* De jure Canonico variant tempora, quippe in *c pen.15.q.4.* à quinquagesima usque ad octavas Paschæ in *c.fin.X.de Fer.* septem dies dominicæ passionis feriæ præscribuntur. Ac *Martin.Mir.in explicat.Evang.Dom.* ait, Romano-Catholicos per sex vel septem septimanas, quæ festum proximè præcedunt, celebrare ferias, quibus jejunii nomen dederunt. Sed quemadmodum civile jus tempus quadragesimæ sive quadragesimale feriarum instituens, *l 6.C.de Fer.* usus noster non admittit, *Anton Faber.in Rational.ad l.pen.ff.de Fer.& König.in Process.c.41. v.1.* ibi: Welcher doch aus dem Gebrauch kommen ist/ita nec jus Canonicum hac in parte observatur; quia per illos in jure Canonico præfixos dies tantum dies Solis, & tempore Passionis Dominicæ diem Jovis & Veneris habemus pro feriis divino cultui destinatis, à dominicâ Esto mihi sive Quinquagesimâ usque ad Dominicum Invocavit, & à die Palmarum usque ad Dominicum Quasimodogeniti feriæ à forensibus negotiis dant vacationem, *Schwanm.lib.1.Process.Judiciar. obs.12.* qui inquit: Hodie in Camera Imperiali feriatos esse dies, dominicam Esto mihi, usque ad diem Jovis à Festo Paschæ exclusivè. Cæterum unde nomen habeat quadragesima, de qua *l.6, C. de Fer.* agitur, *vid. Vultej. in Jurisprud. Rom.lib.2.c.3.n.91. & Matth. Dresser. in lib.de festis diebus*, addens esse à Pontifice Romano circa annum Christi 130. jejunium quadragesimale inductum.

THES. LIIX.

Sacri item sunt (IV) dies Paschæ cum septem diebus tam sequentibus, quàm præcedentibus, *l.2. & l.omnes.7. vers.sacros quoque.C.de Fer.Cujac.ad tit.ff.de divers.temp.præscription.c.6.* Hinc in *pr.l.actus.8.C. de Fer.* Imperatores rescripserunt, actus omnes & publicos & privatos diebus quindecim Paschalibus conquiescere debere. In *c.placida. pen.15.q.4.* à Quinquagesima usque ad octavas Paschæ præscribuntur Feriæ. In *c.fin.X.de Fer.* injungitur, ut strepitus judicialis absit die resurrectionis Christi & septem sequentibus diebus. Verum nec Paschale festum hodie feriis ita subjicitur, sed hisce in terris duntaxat dies Resurrectionis Christi cum duobus sequentibus divino cultui vacat, *Matth.Côler.in Comm.ad tit.X. de Fer.* Ex *Ordin.Cam.Imper.* sunt feriæ à die Palmarum usque ad diem Dominicum Quasimodogeniti, *dict.*

literis, *Luc. XIV. v. 5.* Et cum David fame premeretur sacros panes, quos, juxta constitutionem Legis Mosaicæ, nemini, nisi solis Sacerdotibus, qui erant de genere Levitico, manducare licebat, edit, *1. Reg. 21. v. 6.* ubi necessitate excusabatur David, quod, quamvis de tribu Judæ, nec de genere Levitico esset, panibus sacris ad famem sedandam vescebatur. Deinde *Marc. 2. v. 23.* discipuli Christi vellebant spicas die Sabbati, non ut in illo laborarent, sed ut corpus reficerent. Et Sabbatum cedebat necessitati propter famem urgentem discipulos *Joh. Osiand. ad dict. cap. 2. add. Joh. Adam. Osiander in tract. de Sabbatho pag. 184. & seq.* Unde *Damhoud. in prax. crim. c. 119. n. 17.* pastores nominat irreligiose religiosos & nimium rigidos, qui tempore messis non ferunt, rusticos die dominico & sereno triticum invehi, quamvis metus adsit, ne postero die pluvia frumentum in agro retineat. Non male igitur faciunt pastores pagani, sed suis suorumque parochialium commodis prospiciunt atque consulunt, si conciones horis habeant matutinis, ne sacris etiam diebus ruricolæ à faciendo opere, si tempus exigat, detineantur. Quod constitutio Eichsfeldiaca egregiè confirmat C. 1. §. Ebenmäßig: cujus verba transcribere non piget, ad hunc enim modum illa: Zur Ernd- und Herbst-Zeit/ wann auf die gebotene Sonn- und Fest-Tage/ eine besorgliche Noth fürfallen solte/ werden sich unsere Pfarr-Herren mit Unterredung eines iedweden Orths Beambten oder Schultheissen/ auf der Unterthanen Ansuchen mit Erlaubnis deren auf solche Zeit nothwendiger Arbeit/ nach verrichtem Gottes-Dienst/ altem Herkommen und Gelegenheit nach / der Gebühr zu bezeugen wissen.

THES. XLV.

Sed an (14) pinsere licet jure Justinianeo in die Dominicâ? dicendum primâ fronte secundum Justinianum videtur, quod sic: Nam pistoriæ causæ rectè tractantur diebus quoque feriatis, *l. 5. C. de Fer. Cujac. de divers. tempor. præscript. c. 13.* Quemadmodum autem necessitas svadet primò quoque tempore causam pistoriam, ut de penu nobis prospiciatur, & in promptu habeantur panes, *dict. l. 5. Duar. ad tit. ff. de fer. c. 1.* ita eodem modo necessitas postulat molarum usum,

adhi-

adhibere feriatis quoque diebus. Sed,uti dictum eſt,Impp. in *dict.l.5.* denegant exceptionem feriarum in cauſis piſtoriis,ſi ſunt feriæ æſtivæ vel autumnales, nec quoad ferias cultum divinum concernentes, *l.omnes.7.in fin.h.t. Azo,in comm.ad cit.l.5.* Ergo die Dominico pinſere eſt prohibitum, *dict.l.7 in fin.* Videmus interim in aliquibus locis frumenta moli die ſolis, quæ conſuetudo, ſita eſt introducta, abſtracto jure civili, non deſtituitur ratione, quando præſertim id fit tempore nocturno: ſiquidem & Laodicæi Concilii *can.29.* concedit non ceſſare ab opere, vitæ tolerandæ causâ, poſt preces ſolennes Deo in Eccleſia additas, *Cujac.ad c.3.X.de Fer.* Pro ejusmodi quoque ſtatuto vel conſuetudine facit *l.3.verſ.ruri.C.h.t.* Idemque (15) de Zythopoiia ſtatuere non vereor, ſiquidem & Cerevifia eſt res, cujus quotidianus eſt uſus, & ad victum perquam neceſſaria, *vid. Zythand. à Bude, de Jure braxandi p.2.c.2.n.27.*

THES. XLVI.

Rebus, quæ die Dominico licitè peragi poſſunt, annumerabimus (16) convivia, *vid.Petr. Ravanell. in Bibliothec.ſacr.vocab. Feſtum n.6.* ſed ea,quæ neque ſunt inhoneſta, neque divinum cultum impedientia. Cujus rei ſi vis, ut ſiſtatur tibi probatio, ſiſtam ipſam veritatem Chriſtum,qui neque convivia apparare, neque iis intereſſe interdixit, aut, hominem pium & fidelem hoc facere, indignum reputavit, ſed ipſe invitatus apparere voluit. Etenim apud *Luc. XIV. v.1.* relatum legimus, quod Sabbatho intraverit domum Principis Phariſæorum ad manducandum panem, quod juxta interpretationem *Oſiandri* nihil eſt aliud, quàm ut cum ipſo & reliquis LL. peritis, quorum in *verſ. ſubſeq.* fit mentio, unà pranderet. Illi autem viri, cum Hieroſolymis magnâ in dignitate vixerint, nullum eſt dubium, quin etiam convivium lautioribus epulis inſtructum habuerint. Exemplo huic Chriſti lubet adjicere, idque magis ad theſin noſtram dilatandam, quam confirmandam (qvum veriſſimum ſit quod in ea volumus) quod Chriſtiani veteres ſæpius diebus ſacris Agapas, uti in *Codice Canonùm Can. 70.* appellantur, inſtituerint, quæ à repotiis ſic differebant, quod illæ extra nuptias, hæ verò abſque nuptiis eſſe nequibant, *Roſin.l.15. c.37.* atque nihil erant aliud, quam publica convivia poſt peractam communionem clericis & pauperibus,declarandæ

 chari-

charitatis & gratitudinis ergo, exhibita, *Kœnig.Caſ.conſc.p.304. Ravanell,loc.cit.ſub vocab.Agapæ.add.Gerhard.T.5.LL.Theol.L.de Cœna.§.7.f.4.* Nec officit illud *Chryſoſtomi de Eleemoſinis, in 1.Cor.16, ſerm.22.* ſpirituali honore hunc diem venerari oportere, non convivando, nec vinum profundendo; illum enim tantum de commeſſatione cum ebrietate conjunctâ loqui demonſtrat *Oſiand.in tr.de Sabbat.p.278.* Ex jam dictis clarum fit, minus eſſe illicitum ignem accendere, *vid. Kesler.in Caſib.conſc.p.65.§.4.* coquere, vaſa purgare &c. (quod & Judæis olim licuiſſe patet & *c.12.v.16.Exod.* non obſtante *c.35.Exod.v.3.*) quæ facienda eſſe olim negabant Eſſeni, ſecta variâ religione nimis capta, cujus mores atque ſuperſtitionem ſic deſcribit *Joſeph.l.2.c.8.B.J.* quod adeò ſuperſtitiosè Sabbata coluerit, ut neque cibum ſibi niſi pridiè præparaverit, ne videlicet illo die ignem accenderet, ſed neque vas aliquod tranſpoſuerit, imò nec alvum purgaverit. Sed, utut hæc & ſimilia dictis diebus conceſſa credimus, minimè tamen dicimus omnibus ſeſe Eccleſiæ ſubtrahere prædicationemq; verbi divini negligere, licitum eſſe, ſed ut aliqui ad minimū concioni interſint, Paterfamilias curabit. In quam ſententiam iterum egregiè diſpoſuit Unſere erneurete Kirchen-Ordnung/ wornach ſich in denen Ertz- und Stifftern Mäyntz/ Würtzburg ꝛc. zu richten haben: *cujus verba hæc:* Es ſoll, zum wenigſten in ihren Häuſern eine ſolche Abwechſelung geſchehen/ daß wo nicht alle/ doch iedes mahl etliche Perſohnen in der Kirchen ſich einſtellen/ und neben andern den heilſamen Gottes-Dienſt mit abwarten.

THES. XLVII.

Hisce cautelis obſervatis, idem (17) de nuptiis pronuncio, [quamvis acerrimè contra hoc diſputaverint Roſtochienſes improbando nuptias in hunc diem relatas] tàm quoad copulationem *jung. Oſiander.in tr.de Sabbatho p.280.* quam quoad convivium nuptiale. Atro quidem carbone notat eos *Mich.Haveman. in Gamolog.ſynopt. l.2.tit.11.n.4.* qui ex conſuetudine diebus dominicis nuptias celebrant, cum quo conſentit *Ludov.Dunte, in C.C.c.10.q.33.p.293.* ubi *n.6.* refert, Das Tilemannus Heßhuſius und ſein Collega Petrus Eggerdes ſeynd zu N. bey nächtlicher weile ausgeführet/ und ins Elend verſtoß

stossen/ daß sie ernstlich über dem 3. Geboht gehalten/ und Hochzeite auf Sonn- und Festtage nicht haben bewilligen wollen/ aber der Rath hat sich bekehret/ in sich geschlagen/ und es geändert/ und die Verfolgung/ an solchen Männern begangen/ Gott abgebeten. Verum quia nuptiæ generi permissorum annumerari possunt, & consuetudo vim veritatis præ se fert, quid in tali consuetudine mereatur reprehensionem, non video. Quod enim per multas heluationes nox in diem, & sequens dies in noctem contra naturæ ductum mutetur, abusui adscribo, & dudum huic malo medicinam adhibuêre LLlatores, quod & à Reverendissimo Electore Moguntino in *cit.* Erneuerte Kirchen-Ordnung *c. X. §.* Es sollen auch factum esse videmus, *verb.* daß iederman im Winter üm 9. Uhr: im Sommer üm 10. Uhr nach Hause gehe. Quod verò de die dominico dictum, ad festum quadragesimæ & adventus Christi non extendendum, *c. non oportet. 33. q. 4. c. nec uxorem. caus. & q. iisdem. C. capellanus. 4. X. de Fer.* Hæ enim feriæ magis per pœnitentiam, quam hilaritatem celebrandæ. Fusius de hâc quæstione evolvatur *Sanchez. de Matrim. lib. 7. disp. 7. per tot. Basil. Ponce, de Matrimon. lib.* 10. *c.* 9. *p.* 500. *Carpzov. Jurisprud. Consistorial lib. 2. tit. 9. defens. 151.* ubi sequens refert rescriptum: Demnach uns der Superintendens zu O. zu erkennen gegeben/ daß der Pfarr zu G. in der Wochen Invocavit verschienen Fasten Hanßen S. und N. Tochter ehelich getrauet/ wie ihr aus den Inschluß zu vernehmen/ als begehren wir hiermit/ ihr wollet ermelten Pfarrer zu G. unverzüglich fordern/ ihm seiner Begünstigung halber ernstliche Verweissung thun/ und darneben untersagen/ da künfftig dergleichen Klagen wider ihn einkommen daß er alsdann in gebührliche Straffe genommen werden soll.

THES. XLIIX.

Cum verò convivii nuptialis hilaritas maximâ ex parte in choreis consistat, & has diebus feriatis (18) duci posse haut nego. Non immeritò enim inter artes liberales numerantur à *Zasio, in Com. ad Decret. n. 7. h. t.* saltator etiam omnes numeros implens singularem aptitudinis speciem præ se ferre videtur, & hæc motio, si fiat modicè,

non solùm sanitati conducit, sed & præsentibus singularem lætitiam parit. Sic Alphonsus Rex Neapolitanus chorearum aliàs contemptor & hostis, cum Fridericum III. Imperatorem & Eleonoram ejus conjugem hospitio excepisset, saltavit in publico, daturus amico rarissimum lætitiæ argumentum, *vid. Nicol. Causin. de Regno Dei, Dissert. 22. p.m. 61.* Malè quidem choream definit *Wilhelm. Lugdunens.* citatus *Carpzovio*, inquiens: Chorea est circulus, cujus centrum est Diabolus. Quas etiam odio prosequi videtur *Fr. Joh. Paul.* in Schimpff und Ernst / *tit.* von Tantzen. *c. 337.* tradens: Es soll kein frommer Mann seine Frau noch seine Tochter zum Tantz lassen gehen / du bist sicher daß sie nicht als gut wieder heim kömpt / als sie ist dargangen / sie begehren oder werden begehret / und haben ihre Hand in einer unreinen Hand. Si verò (ut probabile) citati Autores de abusu, nocturnis, & impudicis saltationibus sermonem habent, facilè cum illis compromitto, tales enim non solùm in *LL. XII. Tab.* sunt prohibitæ, *vid. Crus. de Noct. c. 9. n. 11.* verum etiam in Rebuspublicis nonnullis adeò restrictæ, ut non, nisi cum consensu Magistratus, permittantur, *Conf. sæpius laudat.* Erneuerte Kirchen-Ordnung *c. 1. §.* Und ob wol. *ibi*: Warum gleichwol bey unsern Pfarr-Herrn und iedes Orths Beambten und Schultheissen iedesmahl zu förderst angesuchet werden solle. *Add. Osiand. in tr. de Sabbat. p. 277. q. 4.* qui benè monet, satius esse quandoque concedere juventuti choreas, quàm otia vitiosa & clancularios conventus.

THES. XLIX.

Ratione processus (19) Libellus judici offerri potest die Solis & quolibet feriato, quoniam de plano quoque libellus dari potest: idque verum, sive actio intentetur civilis, sive criminalis, v.g. adulterii accusatio, *arg. l. miles. 11. §. 6. ff. ad L. Jul. de Adult. Jacob. de Aren. ad l. fin. C. de Fer.* Quid? quod *Hædemann.* in die solis licitè putet Citationem decerni posse, *Disput. 5. th. 15. in not.* ubi ait: non omnes actus diebus feriatis conquiescunt, sed citationem die feriato ad diem non feriatum rectè decerni, cum hic citationis actus sit extrajudicialis, atque ita cesset ratio probationis, quæ afferri solet ex *c. 1. fin. X. de fer. Gail. 1. obs. 53. n. 5. & Harpr. disp. 1. Process. th. 167.* Sic *Castr. ad l. fin. n. 2.* inquit: commissionem citationis, sive decretum judicis & man-

mandatum, quo injungitur apparitori, ut citet, posse fieri die in honorem Dei feriatâ; cum nulla requiratur cognitio, *arg. l. actus. 8. in fin. C. de Fer.* Dissentit *Jacob. Butrig. in Comm. ad l. fin. C. h. t.* ex hac ratione, quod illa prima pars citationis, nempe præceptio judicis, sit quædam sententia interlocutoria, per *l. cum Clericis. 25. in fin. pr. & l. omnes. 33. in pr. C. de Episcop. & Cler.* Verum supplicationis narratis, quoad decernendum processum & citationem, creditur, *l. cum quadam. penult. §. 1. de Jurisdict. Gail. 1. obs. 31. n. 1.* Nec *l. 25. & dict. l. 32.* evincitur, mandatum sive præceptum judicis citandi reum esse sententiam interlocutoriam, cum & in hac opus sit cognitione causæ, *arg. l. 39. ff. de Adopt.*

THES. L.

Idem dicendum (20) de citationis insinuatione, *Cardinal. Tusch. conc. 100. n. 1. lit. F. Hahn. ad VVesenb. h. t. n. 5.* König in *Process. c. 33. in fin. verb.* der Feyn möge auf eine Feyertag vorladen. *Arnold. de Reyger. disp. 2. proc. th. 21. in not.* quia non refert, quo tempore quid agatur, sed in quod tempus effectus rei dirigatur, *l. in tempus. 2. in pr. ff. de hared. inst. jung. Vant. de Nullitat. in process. Rubr. 14. n. 119. cum Rot. decis. 367. VVesenb. ad tit. de Fer. Andr. Vallens. Decretal. h. t. n. 13.* qui putant, actum citationis non esse judicialem, sed extrajudicialem, & sic cessare rationem *c. 1. & fin. X. h. t.* imò insinuationem esse facti, nec fieri per judicium, sed per nuncium & notarium, vel per literas nullamque causæ cognitionem requirere, *c. prudentiam. c. cum contingat. X. de offic. delegat. c. cum parati. 19. X. de Appellat.* Contrarium tuetur *Specul. de Citat. art. 19. n. 3. VVurmbs. l. 1. pract. observ. tit. 6. obs. 4. Treutl. vol. 1. Disp. 4. th. 4. lit. C. ibique Hunn. cit. vol. 1. Disp. 4. th. 4. Mynsing. cent. 1. obs. 77. in fin. Goldstein. in Process. tit. de Fer.* qui vult, citatum die festo, ut compareat ad diem non feriatum, non teneri comparere (secus in feriis rusticis, ubi sui copiam facere debet, *cap. fin. X. de fer.*) partim quod processus sit ipso jure nullus, *l. 2. in fin. C. h. t.* partim quod dies dominica ita semper honorabilis & veneranda sit, ut à cunctis executionibus excusetur, nulla quenquam urgeat admonitio, taceatque apparitio & horrida vox Præconis, *l. fin. C. de Fer.* (Apparitores enim sunt, qui in jus vocant, & jussa Magistratus exeqvuntur, *l. 5. §. 13. ff. de Reb. eor. qui sub tut. Donell. ad l. 5. de in jus vocand. n. 14.* Præco quoque in jus vocat reum

auto-

autoritate magistratus, *Rosin.1.Antiq.c.48.* cujus vox dicitur horrida, quia sæpè reis molesti sunt appararitores & præcones per executionem citationis, vel propter suam in jus vocationem, vel ut *Gothofred. in not. ad l.fin.C. de Fer* habet, quia sæpè eliguntur præcones vocalissimi & stentoreæ sive horridæ vocis) Atqui negari non potest, quin in jus vocationis insinuatio sit executio, sit admonitio, sit apparitio: Igitur cessare & tacère debet die dominicâ. His adde, quod in *c.fin. X.de Fer.* jubeantur die dòminica omnes quiescere processus. Ast, quicunque fuerit, inficias ire nequit, quin executio citationis ad processum pertineat: quocirca die dominicâ citatio fieri non potest ad diem non festum. Sed ego ad cujusvis argumenti minorem respondeo negando: Falsum quippe est, citationis insinuationem esse & importare actualem apparitionem & executionem, vel ad processum spectare hoc modo, ut pars citata eo ipso die, quo citata est in judicio compareat, sed solummodò post se trahit admonitionem de imposterum comparendo, *Johan.Monach. in process.part.3. c.5. n.17.* breviter: constat insinuationem hanc non esse actum jurisdictionis contentiosæ, sed eam saltem præparare, adeoque tanquam extrajudicialem, ut jam ante monitum, & omitti & suscipi diebus feriatis posse, in quo textibus citatis praxis quotidiana minimè adversatur, *add. Gail.d.obs.53. n.7.* Distinctionem hîc faciunt *Jac.Butrig. & Castrens.ad l.sæpe cit C. de Fer.* inter diem solis & cæteros dies festos; quod scilicet die solis prohibitum sit insinuare citationem, non verò in aliis diebus festis, *add.Dn.Nicol.p.1.c.4.n.10.* sed huic reponere valeo generalitatem concessæ insinuationis hactenus satis enucleatam pariter atque deductam.

THES. LI.

Tertia pars citationis est relatio nuntii de legitimè facta citationis insinuatione, *Wesenb.in parat.ff. de Fer.n.fin.* quæ relatio, nisi ex actis appareat, non valet citatio, *Wesenb. dict.n.fin. Mynf.Cent.1. obs.77. & König, in Process. c.24. n.fin.* Eam (21) rectè die solis ad acta registrari posse, Praxis edocet. Putat quidem *Mynf. dict. obs.77.* quod de jure communi non habeat locum illa relatio nuncii in die festo, sine dubio motus, *l fin. §.1. in verb. taceat apparitio, præconis vox horrida silescat.* Verum illa verba non sunt intelligenda de relatione citationis factæ, quasi illa citatio, die solis vel aliis feriis peracta, sit nullius

mo-

momenti. Neque enim Judici vel notario causæ vox præconis vel apparitoris, indicantis quomodò commissam citationem expediverit, est horrida atque timenda, *Jacob. Butrigar. & Castr. ad l fin.* præsertim cum nec præsentiâ partis opus sit, quando fit relatio nuncii, *Bart. ad l. 14. n. 16.*

THES. LII.

Testium examinatio (22) die feriato licitè peragitur *Gloss. Clem. un. de offic. Delegat. Dom. Card. Tusch. Conc. 100. num. 8. lit. F. Rebuff. art. 1. Gloss. un. in fin. de Reprobat. test. Ruland. de Commissar. p. 1. l. 5. c. 3. num. 6. 7. & seqq. Rosbach. in Process. p. 1. c. 58. n. 7.* Dissentit *Perez. in prælect. ad Cod. n. 10. h. t.* & quodammodò *Ungepaur.* solos excipiens testes senes & valetudinarios, *in Comm. ad Decret. n. 22. h. t. add. Brunnem. ad l. ult. C. h. t. n. 5.* Sed hi quam maximè, occupati sunt circa juramentum, quod à teste in die dominica præstandum esse nolunt; præprimis si attestatum testium, quando in tempora longiora differtur, parti non singulariter præjudicet. Idem judicium (23) esto de appellatione tanquam re favorabili, *Andr. Vallens. in parat. Decretal. n. 14. h. t. Nicolai in Process. p. 2. c. 3. n. 22. Tusch. concl. 96. n. 7. lit. F.* & hoc probari posse videtur per *arg. l. 1. C. h. t.* Consuluerat etenim Verinus Impp. an feriæ repentinæ prodessent appellantibus, ne tempora appellantibus, ne tempora appellationum, feriis illis durantibus, currerent, ubi rescripsêre Imperatores, tempora appellationum esse continua, nec augeri propter ferias, idemque esse, ac si nullæ feriæ essent indictæ, *cit. l. 1.* quod tam de interponendâ, quàm prosequendâ appellatione verum esse autumo: Nec quicquam me movet, quod in appellatione quidem interponenda parum referat, num feriæ incidant, nec ne, cum ille actus non sit judicarius, & proinde feriatis quoque diebus expediri possit, per *l. miles. 11. §. 6. ff. ad L. Jul. de Adult.* non autem licet prosequi appellationem in diebus feriatis, per *l. 5. ff. de Fer.* tempus igitur prosequendæ appellationis non erit continuum, sed subtrahentur feriæ. Contrarium siquidem deciditur in *l. tempora. 2. §. pen. ff. de tempor appel. & in l. 1. C. h. t.* nam quoad judiciales actus, concesso tempore utili, ratio habetur feriarum, *cit. l. 5.* non etiam in tempore continuo, *l. 1. C. h. t. Azo. & Castr. ad cit. l. 1. Cujac. in parat. h. t. add. Mynsing.*

Cent.3.Obſ.15.n.12. Sed quid ſi finis dilationis atque ita terminus incidat appellanti in diem feriatum? *Bald. in Comm. ad cit. l.1. n.1.* inquit, tempus prorogari, ſi in termino ſint feriæ repentinæ, ita tamen, ut uſurpetur reſtitutio in integrum contra dilationem dilabentem propter ferias repentinas, nec ſubveniri quoad ferias ſolennes, per *l. 26. §.7.ff. ex quib.cauſ.maj.* ſed ex eo ipſo, quod propter repentinas ferias uſurpanda eſt reſtitutio in integrum in proſecutione appellationis, colligitur, tempus eſſe continuum, *vid.Maurit.in tr.de reſt.in integr. c.43. & 356.* In Camera Imperiali tempus proſequendæ appellationis non currit, *Gail.1.obſ.141. n.7.* aliter ſe rem habere in inferioribus judiciis, docet *Mynſ.cent.6.obſ.12. n.6.* Sed nec in Electorali Aulico nec, uti conſtat, hic, Jenæ, in Judicio provinciali fatalia proſequendæ appellationis ita præcisè attenduntur, *Moller. lib.4. ſemeſtr. c.32. num.3.* quando appellantis non evidens deſidia & culpa deprehenditur, *vid. Fachin. 1. controv. 79.*

THES. LIII.

Actibus, qui licitè diebus ſolis peragi poſſunt, annumerandam (24) cenſeo Fidejuſſionem. Quanquam enim in *l.fin.§.1 C de Fer.* injungatur, ne fidejuſſionis flagitetur exactio, hæc tamen verba non prohibent generaliter quamvis fidejuſſionem die Dominico fieri. Hinc *Azo, in Comm.ad licit. fin.* fidejuſſionis verbum in *l. cit. fin. §. 1.* intelligi ait de fidejuſſione v.g. judicio ſiſti, vel judicatum ſolvi; quia non ſimpliciter prohibetur fidejuſſio, ſed ne fidejuſſionis flagitetur exactio, quod multo magis probabile videtur ex *§. præſenti 7. hujus leg fin* ubi pacta & contractus, qui pactorum ſpecies ſunt & fidejuſſionem ſub ſe comprehendunt, diebus Dominicis conceduntur. Contradicit mihi *Anton. Hering. in tract. de Fidejuſſ. c 12. n.19.* inquiens: Ni caſus incideret, quo die dominico extra caſum probabilis & extremæ neceſſitatis contractus aliquis ſcienter eſſet celebratus, & deſuper fidejuſſio præſtita, non vereor talem contractum & talem fidejuſſionem penitus annihilare, propter *l. 2. in verb. reliquæ cauſæ vel lites quieſcant.C.h.t.* Non enim ſaltem lites, verum etiam cauſæ jubentur quieſcere. Cauſæ autem opponitur liti, *l.16. C. de transact.* Deinde non tantum judices, verum & urbanæ plebes, & cunctarum artium officia venerabili die ſolis quieſcere jubentur in *pr.l. omnes.3.C. de Fer.* Plebem ac artes mechanicas oportet ab officiis, quæ diebus profeſtis

in

in officinis exercere solent, abstinere. Officium interdum significat eos, quæ apud officium sive in loco officii sunt, ut recipiant cautiones, *l. sollicitas. 6. §. ne tennis. 5. de offic. præsid.* Unde *apud officium deponere* est deponere in loco, in quo officiales consistunt, *l. 7. §. fin. qui satisd. cog.* Interdum enim apud acta, interdum apud officium, sive in loco, ubi sunt officiales, cavetur, *l. cum. 17. ff. de in jus vocand. & ibi Anton. Fab. in Rationalib.* Sed in *dict. l. 3.* officia sunt, quæ plebs exercere solet diebus profestis, illa die Dominico quiescant, tabernæque & officinæ claudantur, per *dict. l. 3.* Ergo etiam tàm extrajudicialis quàm fidejussio judicialis die solis prohibita videtur. Tandem in *dict. l. fin. §. 1.* interdicitur fidejussionis exactio, nec distinguitur inter judicialem & extrajudicialem fidejussionem. Ergo nec nos distinguere debemus, *l. 8. de Public. in rem act.* Verum, ut *Heringio* respondeam, in *dict. l. 2.* appellatione causæ non nunquam venit lis, ut in *pr. §. Si quis. 31. Inst. de Action. & l. 13. §. 3. C. de Judic. Cujac. ad Nov. 69.* nec particula *sive* semper diversas species, sed aliquando aliud denotat, & interdum explicat vocabulum præcedens, ut appareat, de quo casu sermo fiat, nempe de lite. Videtur quidem in *dict. pr. l. 2. C. h. t.* appellatione causæ non denotari lis, cum præsertim permittatur die Dominico emancipare & manumittere, reliquas verò causas quiescere debere præcipiatur. Verum causas in *dict. l. 2. h. t.* non referri ad fidejussionem vel contractus, colligitur, ex *verb. seqq.* dum Imperator inquit *agendarum causarum tribuatur licentia.* Verbum igitur *causæ,* in *dict. l. 2.* sejuncturus à *lite* sumat illam differentiam, quæ est inter controversiam & litem, quatenus lis est tractatus judicialis, incipiens à lite contestata, *l. 5. in pr. de pet. hered. & ibi Cujac.* Præterea ad *alleg. pr. l. 3. de Fer.* dico, plus esse in conclusione, si quis argumentatur: Urbanæ plebes & cunctarum artium officia venerabili die solis quiescant. Ergo nec fidejubeant, vel non contrahant. Quies namque est laboris intermissio, *Goclen. in Lex. Phil. ad vocab. quies.* Labor assiduus & immodicus frangit corpus & animum, nec durare potest qui semper intenditur arcus, *Coras. ad § post hunc. l. 2. n. 11 de Orig. Jur.* Est igitur inter alios & hic finis diei Dominici, ut per cessionem operis sit recreatio aliqua, *Coras. dict. n. 11.* Sabbathum institutum est, ut otium sit respirandi à laboribus, ac ut quies sit ab operibus civilibus, politicis ac œconomicis, ad audiendum & discendendum verbum Dei,

Osiander, ad C. 56. & 58. Esaia. ac Zepper in Explanat. LL. Mosaic. forens. c. 9. Potest autem quis die Dominicâ contrahere ita, ne impediatur cultus divinus, ac ne frangantur vires animi & corporis, eapropter die Dominico controversiæ quidem forenses & lites sunt interdictæ, *l. pen. de fer.* non extrajudicialis fidejussio vel contractus, *Costal. ad l. 1. de Fer.* per *dict. l. actus*, 8. *in fin. h. t.* Quod denique *l. fin. §. 1. D. de Fer.* attinet, manifestum est, Imperatorem agere de fidejussione judiciali, quod probant *verb. seqq. advocatio delitescat*, i. e. absint foro advocati, sit dies dominicus à cognitionibus controversiarum alienus, respirent à controversiis litigantes, habeant intervallum fœderis, quo vinculo litis invicem sunt adstricti, ad se veniant actor & reus, nihil timentes, sive se recolligant, irâ & timore deposito; subeat animos vicaria pœnitudo, h. e. qui alterum offendit, illum pœniteat offensionis, quæ pœnitentia debet esse vicaria, h. e. in vicem offensionis succedere. Aliter id explicat *Gothofr. in notis.* redire sc. debere pœnitudinem per vices, i. e. dies dominicos. Ex quibus apparet Impp. de controversiis, nec contractibus verba facere, quasi extrajudiciales quoque contractus essent prohibiti. Deinde affertur, in *l. cit.* pacta conferant, transactiones loquantur. Licet igitur die solis pacisci & transigere, & per consequens contrahere, *Costal. ad dict. l. 2.* Novi etiam dissentientem *Donell. 23. Comm. c. 7.* cui tamen ex hactenus fusius deductis plenariè satis fieri posse, persuasum habeo.

THES. LIV.

Porrò disceptatur inter Dd. an notarius die feriato possit testamentum, instrumentum, vel inventarium conficere? placet nobis (25) opinio affirmativa *Marantæ p. 4. D. 15. n. 86. & Ayreri part. 1. obs. 6. cap. 5. num. 17.* Est quippe actus jurisdictionis voluntariæ, qui absque strepitu judiciali procedit. Divortium ab his faciunt *Brunnem. ad l. 8. C. h. t. n. 4. Hahn. ad Wesenb. n. 6. h. t.* quorum assertio vix meretur assensum. Idem judicium esto (26) de intimatione donationis, *Arnold. de Reyger. in Thesaur. pract. vocab. Feriæ, n. 15.* ubi adhuc alios actus licitos recenset, quibus adde (27) Salarium, de quo rectè die dominico & generaliter singulis diebus festivis cognosci potest, *Id. sub vocab. Salarium. n. 29.* Sic (28) Canonistæ permittunt Patrono die feriato præsentare, *Paul. de Citadin. p. 6. art. 3. n. 41. Ungepaur. in Comment. ad Decret. tit. de jur. Patronat. n. 35.* Similiter (29) quæritur, an novi operis nun-

cia-

ciatio die feriatico fieri possit? multi distinguunt inter nunciationem, quæ fit verbis seu jactu lapilli, & quæ fit per Prætorem: illam admittunt; hanc verò non, *vid. Arnold. de Reiger. in Process. judicial. Disp. 4. th. 7.* ubi tamen rectè arripit sententiam eorum, qui quamlibet nunciationem fieri posse contendunt, & puto propterea, quod sit periculum, ne partes ad arma & rixam procedant, *l. si cujus. 13. §. sed si. 3. de usufr. & quemadm. quis utatur fruat. Ungepaur. ad Decret. n. 35. h. t.* An (30) Arrestatio hoc die fieri queat, *vid. ap. Christin. 2. dec. 158.* Et hæc de actibus licitis dicta sufficiant, plures recensent *Andr. Vallens. Henric. Zes.* & alii Commentatores ad hanc materiam, qui tamen quàm maximè comprehendi possunt sub hisce versiculis:

Hæc faciunt causas festis tractare diebus,
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura,
Terminus expirans, mora testis abesse volentis,
Cumque potestatis patriæ jus filius exit.

THES. LV.

Solennes feriæ annuatim propter causam divinam recurrentes (*vid. dissert. hujus th. 13.*) sunt vel majores, vel minores. Majoribus annumero (1) Festum Calendarum Januarii, de quo sequentia reperiuntur in *l. 7. C. de Fer.* Calendarum Januariarum consveti dies otio mancipantur. Nam non solùm primo Januarii, sed & præcedente die Magistratus neque jus dicere, neque sui potestatem facere consueverunt, *l. pridie 5. ff. de Fer.* quoniam Calendis Januarii magistratum inierunt, & pridie ejus diei magistratus non fecerunt sui copiam, se per diem domi continentes, nec cuiquam aditum ad se dantes. Addit hanc rationem *Ant. Faber ad dict. l. 5.* quod Calend. Jan. majori majestate magistratum inituri crederentur, si sui copiam pridie ejus diei non fecissent, cum nimia familiaritas pariat contemptum, *l. observandum. 19. ff. de off. Præsid.* Quodque Prætores & Coss. magistratum Cal. Jan. ingressi fuerint, apparet ex *Nov. 105. c. 1. & cit. l. pridie. 5. ff. de Fer.* scilicet quia principium anni calendæ Jan. constituunt. Etsi enim Romulo annus erat decem mensium, *Gœdd. ad l. 98. ff. de V. S.* & ex Romuli instituto à Martio incipiebat, *Coras. l. 3. miscell. c. 12. n. 5.* Numa tamen secundus Romanorum Rex adjecit duos menses, Januarium & Februarium. Etsi quoque primus mensis apud Judæos est Aprilis, *c. hujus. 6. dist. 76.* (ideoque

Janua-

Januarius decimus mensis) apud Romanos tamen Calendæ Januarii inchoant annum, *C. si quis. 15. XXVI. q. 7.* Sanè utrumque admitti potest, Calendis Januarii Romanos magistratũ iniisse ac simul novum annum inchoâsse, *Matth. Dresser. de Festis diebus.* Sed hodie Romanum Imperium planè novam faciem induit, *Heig. part. 1. q. 2. n. 3.* Cum igitur Calendis Januarii apud nos non mutetur magistratus, ideò nec propterea sunt feriæ in Calendis Januarii. Deinde propter novum annum, Calendas Januarii colere prohibemur, *dict. c. si quis calendas. 15. Petr. Gregor. Tholos. l. 2. Jur. Univers. c. 16. n. 28.* Romani quidem sacra fecerunt Jano, juxta versum *Ovidianum*:

Jane, tibi primùm thura merumque fero,

Et ob memoriam ætatis Saturni homines erant liberales, *Petr. Gregor. Tholos. l. 3. Jur. Univers. c. 6. n. 3.* Nos autem colimus Calendas Januarii non propter novum annum, nec respectu aliorum Deorum; sed propter festum Circumcisionis Christi. Hinc *Dresserus* inquit: Christianos novi anni initium sumere à natali Christi, neque illum diem esse festum quod sit initium anni, sed quia cultus Deo debitus in eodẽ præstatur, *C. fin. X. de Fer.* In Camera Imp. feriæ sunt à 24. Dec. usq; ad 6. Jan. inclusivè *part. 2. Ord. Cam. c. 33. add. Schwanm. lib. 1. c. 25. n. 2. in Process.*

THES. LVI.

(2) Festum Epiphaniarum, cujus tempus seu numerus dierum in *l. 2. C. de Fer.* constituuntur 15. dies: quanquam juxta *C. fin. X. de Fer.* unus tantum dies tribuatur, idque etiam ita observatur in his terris juxta *Ordinat. Eccles. tit. 33. in verb.* bis auf den 6. Tag Jan. inschließlich des sechsten Tages/ cum quotannis sexto Januarii festum Epiphaniæ habeamus, *Joh. Côler. in Calendar. perpet.* & propterea sit festum immobile, sicut & festum Nativitatis Christi immobile est, *Matth. Dresser. in lib. de Festis diebus.*

THES. LVII.

Omnis insuper cognitio criminalium quæstionum (III) inhibetur quadraginta diebus ante diem Paschæ, *l. 6 C. de Fer. Donell. 24. Com. c. 7. Henric. Zaes. in Comm. ad Decretal. n. 1. h. t.* Non obstat *l. provinciarum. 10. C. de Fer.* Nam quod in quæstionibus latronum, nullum quadragesimæ tempus, nec venerabilis Paschæ dies excipitur, id fit, ne differatur sceleratorum consiliorum proditio, quæ per latronum tormenta quæritur, cumque condonatio summi Numinis sive Dei facillimè

spe-

ſperetur, quando multorum ſalus & incolumitas procuratur. *dict.l. 10.Duaren.l.2.diſp.c.12.& Cujac.in tract. de diverſ.tempor.præſcript.* De jure Canonico variant tempora, quippe in *c pen.15.q.4.* à quinquageſima usque ad octavas Paſchæ in *c.fin.X.de Fer.* ſeptem dies dominicæ paſſionis feriæ præſcribuntur. Ac *Martin.Mir.in explicat.Evang.Dom.* ait, Romano-Catholicos per ſex vel ſeptem ſeptimanas, quæ feſtum proximè præcedunt, celebrare ferias, quibus jejunii nomen dederunt. Sed quemadmodum civile jus tempus quadrageſimæ ſive quadrageſimale feriarum inſtituens, *l 6.C.de Fer.* uſus noſter non admittit, *Anton Faber.in Rational.ad l.pen.ff.de Fer.& König.in Proceſſ.c.41. v.1.* ibi: Welcher doch aus dem Gebrauch kommen iſt/ita nec jus Canonicum hac in parte obſervatur; quia per illos in jure Canonico præfixos dies tantum dies Solis, & tempore Paſſionis Dominicæ diem Jovis & Veneris habemus pro feriis divino cultui deſtinatis, à dominicâ Eſto mihi ſive Quinquageſimâ usque ad Dominicum Invocavit, & à die Palmarum usque ad Dominicum Quaſimodogeniti feriæ à forenſibus negotiis dant vacationem, *Schwanm. lib.1. Proceſſ. Judiciar. obſ.12.* qui inquit: Hodie in Camera Imperiali feriatos eſſe dies, dominicam Eſto mihi, usque ad diem Jovis à Feſto Paſchæ excluſivè. Cœterum unde nomen habeat quadrageſima, de qua *l.6. C. de Fer.* agitur, *vid. Vultej. in Jurisprud. Rom.lib.2.c.3.n.91. & Matth. Dreſſer. in lib.de feſtis diebus*, addens eſſe à Pontifice Romano circa annum Chriſti 130. jejunium quadrageſimale inductum.

THES. LIIX.

Sacri item ſunt (IV) dies Paſchæ cum ſeptem diebus tam ſequentibus, quàm præcedentibus, *l.2. & l.omnes.7. verſ.ſacros quoque.C.de Fer.Cujac.ad tit.ff.de diverſ.temp.præſcription.c.6.* Hinc in *pr.l.actus.8.C. de Fer.* Imperatores reſcripſerunt, actus omnes & publicos & privatos diebus quindecim Paſchalibus conquieſcere debere. In *c.placida. pen.15.q.4.* à Quinquageſima usque ad octavas Paſchæ præſcribuntur Feriæ. In *c.fin.X.de Fer.* injungitur, ut ſtrepitus judicialis abſit die reſurrectionis Chriſti & ſeptem ſequentibus diebus. Verum nec Paſchale feſtum hodie feriis ita ſubjicitur, ſed hiſce in terris duntaxat dies Reſurrectionis Chriſti cum duobus ſequentibus divino cultui vacat, *Matth.Côler.in Comm.ad tit.X. de Fer.* Ex *Ordin.Cam.Imper.* ſunt feriæ à die Palmarum usque ad diem Dominicum Quaſimodogeniti, *dict.*

c.33.p.2. Schwanm.lib.1.Process.c.25. vel ex Visitatorum statuto à die Palmarum usque ad diem Jovis à Festo Paschæ exclusive, *Joh. Förster. in Process. Judic. obs.12.*

THES. LIX.

Cessant igitur secundum Jus civile quindecim hisce Paschatis diebus omnes actus tam publici, quàm privati, *l.8. C. de Fer.* imò differri debet exactio omnium publicorum & privatorum debitorum, nec tum temporis Debitores ad functionem annonariam sunt compellendi, *l.7.C.in fin.h.t.* Notandum autem (1) functionem significare solutionem, ideò in *l.fructus.18 C.de Action.Empt.* functiones dicuntur census sive tributa, quæ fundi nomine solent præstari, *Cujac.in Comm. ad dict.l.3.* ut & *l.4.C.de Donat.* interpretatur. *Hottomann.in Comm. ad §.1.l.13.C.de Judic.* dicit, quod functiones sint intributiones & pensitationes publicæ. (2) Annonam denotare in *dict.§.1.* quemvis reditum, per *l.fin.§. qui annonam.5.ff.de Muner. & Honorib.* quamvis interdum aliter usurpetur, *Wesenb. in parat. C. de Annon. & Brisson. de V.S. lib. 1.* Quare functio annonaria in *l.7.& l.8.C.de Fer.* est præstatio census vel tributi sive in frumento, vinoque sive in pecunia aliisque rebus consistat. Ad illam solutionem Census vel tributi publici nemo debet adigi in diebus quindecim Paschalibus, *l.cit.8.* Hisce in terris, ut *thes. præced.* monitum, tres saltem dies Paschæ sunt sacri, nec quindecim. Sicut autem in illis tribus diebus Paschæ, ita & die solis omnes actus, tàm publicos quàm privatos, oportet quiescere, *l.ult.C.de Fer.* Huic enim par debetur reverentia, *LL.cc.* in audiendo & meditando verbo divino, ut Deus in nobis operetur. Sed multis in locis & die solis magistratus solet exigere census & tributa.

THES. LX.

Contra verò actus misericordiæ hoc in festo sacratissimo nequicquam inhibendos reor, quia in operibus misericordiæ dierum non est habenda distinctio, *arg. c.veniam. 35.q. 9.* Hinc primo die Paschali existente propter debita, potissimum civilia, carcere sunt liberandi, *l.9.C. de Fer. l.3. C. de Episcopal.audient.* Idem dicendum vult *Rauchdorn. pr. h. 24.* de reis in carcere detentis ob crimen non atrox, per *pr.l.nemo.3.de Ep.Aud.* quamvis illa ægrè ita intelligi queat, quasi simpliciter sit liberandus captivus, propter *l.Judices.9. h.t.* de quo *vid. Alberic.de Rosat. & Castrens. ad d.l.3.* Hinc *Bartol.in comm. ad l.nemo.*

in-

ſnquit, omnimodò carcere captivum eſſe liberandum die Paſchæ, ſubjungit tamen, de conſuetudine id non ſervari. Et hæc liberatio in noſtris quoque denegatur terris, niſi cautio præſtita fuerit idonea, *add. Excellentiſſ. Dn. Præſ. in not. ad Grot. l. 1. c. 2. §. 10. n. 6. de J. B. & P.* Et quid ſit ſentiendum de conſuetudine Judæorum, quâ circa Paſcha ſcelerati emittebantur, *vid. ipſe Grot. loc. cit. ibique maximè Reverend. Dn. Joh. Adam. Oſiander. obſervat. ult. p. 431. Gerhard. ad Matth. c. 27. verſ. 15. pag. m. 1193. Petr. Ravanell. in Bibliothec. ſacr. ſub vocab. Feſtum. n. 6. p. 606. & ſub vocab. ſupplicium. n. 8. pag. 68. Joh. Steller. in Defenſione P. Pilati c. 2. n. 23.* Interim ab hâc Jure Civili uſitatâ ex carcere liberatione excipiuntur (1) ſacrilegus (2) adulter (3) ſtuprator (4) inceſtuoſus (5) raptor virginis (6) maleficus (7) violator monetæ (8) homicida (9) parricida (10) reus majeſtatis, ceterique ob enorme delictum conjecti in carcerem, *dict. l. 3. Jul. Clar. in pract. qu. 46. n. 3.* Sunt autem malefici, qui quovis modo deliquerunt, *l. ex maleficio. 4. ff. de obligat.* Ergo omnes, qui damnum inferunt, aliisque nocuerunt delinquendo, ſunt in Paſchalibus quoque diebus in carcere detinendi? Reſpondeo, vox malefici latiſſimè patet, ac maleficium in generali appellatione ad quodvis delictum pertinet, *dict. l. ex maleficio. 4.* ſed in *dict. l. 3.* malefici ſunt, qui enormiter deliquerunt, vel magi, *l. etſi 7. C. de Malef.* quos per excellentiam, ob facinorum magnitudinem, vulgus vocat maleficos, *l. nemo 5. dict. tit.* propterea quod hominibus & brutis calamitates, morbos & mortem fabricant, *Proſper. Farinac. de delict. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. n. 75. & Menoch. cent. 4. Caſ. 388. n. 4. per. l. multi. 6. C. de Malef.*

THES. LXI.

Nec diſtinguendum puto inter maleficos, an malâ ſuâ arte uſi fuerunt ad ferendam ſalutem, vel ad fruges ſervandas & calamitates avertendas, vel non. Moveor ad hoc per generalitatem, *l. 3. C. de Epiſc. audient.* cui non obſtat *l. eorum. 4. verſ. nullis verò. C. de Malefic.* ad quam quidem reponit *Coler. Dec.* 180. *n.* 10. eos, qui incantationibus utuntur pro ſalute hominum, nullam ſuſtinere corporis pœnam, ſed ſaltem per miniſtros Eccleſiæ reprehendi, iisque imponi pœnitentiam. Sed, quod per ſe malum eſt, id nullo caſu permittendum. Illa incantatio non eſt verum medicinæ genus, tametſi ſint, qui maleficos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirmant, *l. 1. §. medicos. 3. in fin. ff. de extraord. cognit.* Etenim magicæ artes nihil afferunt remedii, ſed ſunt

laquei, & retia Diaboli, quibus genus humanum decipit, *c. admoneant.* 16. *26. q. 7.* omnisque incantatio est interdicta, *Levit. 9. vers. 29.* nec sunt facienda mala, ut eveniant bona, *Rom. 3. v. 8.* Proinde *Heig. p. 2. q. 39. n. 74.* testatur, fœminæ in bonum finem avertendi tempestates operanti dictatam fuisse pœnam extraordinariam. Siquidem paganismus hoc recepit, quod improbatam artem magicam adhibere liceat salutis ferendæ causa, *dict. l. eorum. 4. in fin.* Pagani enim, hoc est illi, qui alieni sunt à nostrâ fide, infideles ethnici sive gentiles, *l. Christianis. 5. de Paganis. Wesenb. in parat. dict. tit. n. 1.* ita sentiunt. Unde communis opinio Dd. magos eximentium pœnâ per incantationem prodesse volentes rejicitur in *Nov. 75. Leon. Farinac. dict. quæst. 20. n. 95.*

THES. LXII.

Superioribus juxta *thesin. 60.* in carcere detinendis annumero (11) Mathematicos, ars quippe Mathematica est damnabilis & omninò interdicta, *l. artem. 2. in fin. C. de Malefic.* ac de salute Principis vel summa Reipublicæ Mathematicum consulens cum eo, qui respondet, capite punitur, *Paul. 5. sentiar. tit. 21. §. 3.* Cæteri mathematici civitate pelluntur, *Brunnem. ad l. 10. C. de Episcopal. audient. n. 2.* & perseverantes aut vincula publica, aut deportationem, aut relegationem patiuntur, *dict. tit. 21. §. 1.* Sunt igitur Mathematici in diebus quoque Paschæ, vel Natalis Christi non liberandi carcere, per *dict. l. 3.* Verum Mathematicorum nomine in *fin. dict. l. 2.* non intelliguntur, qui liberalissimas artes Geometriã, Arithmeticam, Musicam, Astronomiam &c. exercent, sed qui superstitiosè Astrologiâ in vaticinando abutuntur, & qui sunt impostores ac suas ineptias adumbrant nomine Mathematicorum, per *dict. l. 2. in pr. Cujac. in comm. ad tit. C. de Malefic. Perez. in prælect. ad Cod. n. 5. de Malef. & Mathem. Brunnem. ad l. 2. h. t.* Etsi verò *Petr. Gregor. Tholos. lib. 34. Jur. Univers. c. 14. n. 5.* Astrologiam damnare videtur, non tamen cùm ipso est statuendum, nec improbandus, qui tantum prædicit inclinationes naturales ex astris collectas, sed qui ita vaticinatur, ut necessariò quid venturum affirmet, *Duar. ad tit. ff. ad L. Cornel. de Sicar. c. fin.* vel qui prætextu artis Mathematicæ Magiam sive divinationem non habentem rationes Physicas in hominum exitium & injuriam exerceret, *Wesenb. in parat. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 9.*

THES. LXIII.

Ejusdem farinæ sunt (12) qui cadavera hominum spoliant, vel corpora & ossa ex sepulchris extrahunt; nullam quippe accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quâdam sceleris immanitate non sinit, *l. nemo 3. C. de Fer.* Ergo carcer & die Paschæ vel Natalis Christi tenebit inclusum, qui sepulchrum alicujus violavit spoliando cadaver, quia cadavera spolians, maximè si manu armata id egerit, capite plectitur, *Berlich. P. 5. Concl. 47. n. 18. Jodoc. Damhoud. in sua pract. Criminal. c. 109. n. 6.* Si sine armis fecit, in pœnam metalli condemnatur, *l. Prætor. 3. §. adversus. 7. ff. de Sepulchr. violat.* Deinde rei sepulchrorum, si corpora ipsa extraxerint vel ossa eruerint, humilioris fortunæ, summo supplicio afficiuntur, honestiores in Insulam deportantur, aliàs relegantur, aut in metallum damnantur, *l. ult. ff. cit. tit.* De jure Saxonico communi violator sepulchri rotâ punitur, Landr. *l. 2. art. 13. n. 1.* qui textus obtinet, si insigni facto, vel sacrilegio contaminata est violatio sepulchri, aliàs hodiè pœna arbitraria relegationis, fustigationis & non, nisi circumstantiis singulariter exigentibus, gladii obtinet, *Const. Elector. 34. part. 4. ibique Carpz.* Idque etiam ad illos porrigitur, qui punitorum corpora rotæ imposita, vel in patibulo suspensa denudant, aut prorsus tollunt, *Wesenb. in parat. ff. de Sepulch. violat. in fin.* Etsi enim *Heig. part. 2. q. 37. n. 34.* referat, non legem Romanam, sed consuetudinem introduxisse, ut punitorum corpora manerent insepulta; Idem tamen *n. 41.* fatetur, hoc à tam multis annis inductum, non temerè mutandum esse. Quam sententiam etiam approbat *Speckhan. cent. 1. q. 9.* & eandem legibus confirmat *Gomes. tom. 3. var. resol. c. fin. n. 9. add. H. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 19. §. 4. num. 2. ibique not. Dn. Præsid.*

THES. LXIV.

Succedunt (13) Latrones, quos itidem rectè torqueri in venerabilibus diebus Paschæ, Pentecostes, vel Nativitatis Christi constat, *arg. l. 10. C. de Fer.* Ratio est, ne differatur sceleratorum consiliorum proditio, quæ per latronum tormenta quærenda est, *l. 10. C. h. t.* Moneantur igitur, id est debent moneri, vel seipsos moneant per hoc Imperatorum præscriptum Præsides Provinciarum, sive reliqui Magistratus & Judices, nec diem Paschæ, nec Quadragesimæ tempus excipi in quæstionibus latronum, sed eos etiam in illis venerabilibus diebus

de jure torqueri, *l.10. C. de Fer.* Adversari videtur *l.2 & 6.h.t.* Sanctus enim dies Paschæ & dies Natalis Domini sine strepitu observandus, *dict.l.2.* In quadraginta diebus, qui Paschale tempus præcedunt, omnis cognitio criminalium quæstionum prohibetur, *dict.l.6.* Die Dominicâ nulla fiat executio, taceat & delitescat judicis apparitor sive lictor, *l.sequent. §.1.* Ergo in illis feriis latrones debent esse immunes à quæstionibus sive tortura. Respondetur, in die feriato divino cultui dedicato omnis cognitio criminalis & tortura quiescat *dict.l.2.l.6. & ult. C. de Fer.* Excipiuntur tamen atrocia crimina, *Farinac. in Prax. Crimin. l.1. tit.5. q.38. n.107.* & sub illis atrocibus criminibus comprehenditur latrocinium, *l.pen. C.h.t.* Quæ aliàs sint atrocia delicta, recensentur à *Franc. Brun. in tr. de Indic. & torturâ, p.2. q.5. n.52.* nempe latrocinium, sacrilegium, crimen læsæ majestatis, adulterium, stuprum, incestus, raptus virginum, vel sanctimonialium, veneficium, homicidium, parricidium. In his omnibus procedi ad torturam diebus quoque Paschalibus probat *Brunnem.* per *l. nemo. 3. vers. sed ab his. C. de Episcop. audient.* & per *l.pen. C. de Fer.*

THES. LXV.

Sed, annon *l.pen. C. de Fer.* Imperatores tantum loquuntur de Isauris latronibus? In *lib.9. C. Theodos. tit.35. de quæstion. l.ult.* ex quâ desumta est *l.pen. C. de Fer.* ita habetur: Provinciarum Judices moneantur, ut in Isaurorum latronum quæstionibus nullum Quadragesimæ, nec venerabilem Pascharum diem existiment excipiendum. Quod igitur Honorius & Theodosius de Isauris Latronibus constituêre, id ad cæteros quoque latrones Justinianus in *l. pen. C. de Fer.* extendit. Isauri dicti sunt ab Isauria, regione Asiæ minoris, quam incolebant, & latrociniis ac piraticis erant dediti, ideò illorum, utpote sceleratorum hominum & valdè nocentium torturam nec tempore Paschæ impediri debere Imperatores voluerunt, *Duar. lib.2. Disp. c.12.* Ac ne quis Isauros in prædiis suis, vel juxta se haberet, prohibitum in *l.ult. C. ad L. Jul. de Vi public.* Etsi verò in *dict. l.ult. C. Theodos. de quæstion.* tantum Isaurorum latronum fiat mentio, quod tamen & alii latrones, qui tales non sunt, pati debeant tormenta die quoque festo, constat ex *dict. l. nemo. 3. C. de Episcop. audient.* & ex *l. pen. C.h.t.* Nam vox *maximè* inde non excludit, sed includit alios latrones.

THES. LXVI.

Nec tantum Latrones quoad factum proprium, sed etiam (14) in Socios criminis feriis Paschalibus, quid? quod in quolibet die festo torqueri posse, per *l.cit.pen.C.de Fer.* probari adopinor. Neutiquam quippe differri debet proditio sceleratorum consiliorum, sed illa quærenda est per latronum tormenta, *l.cit.pen.& l.qui ultimo.29.in fin.ff. de Pœn.* Objicitur primò *l.repeti.16.§.1.ff. de quæstion.* qui enim de se confessus est; in caput aliorum non torquebitur, *dict. §. 1.* Veteris quippe juris autoritas non sinit de se confessos interrogari de aliorum conscientiâ. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientiâ scrutetur alienâ, *l.ult. in fin.C.de Accus.* Nec quis potest esse testis contra socium criminis, *l.quoniam in pr. C. de testib.* Respondetur, conscius sceleris non interrogatur, ut testimonium dicat, vel ut ipsius testimonio fides habeatur, *dict.l quoniam in pr.* Sed ut innotescat socius, *l.ult.C.de Malefic.* & ut potentiâ in istum socium inquiri possit, *l.divus.6.ff.de Custod.reor.* Non igitur habebitur fides illi indicio, sed alia accedere oportet, *l.ult.C. de Probat. Donell.ad dict.l.11. n.12.* Quibus autem adminiculis opus sit, ut nominatio procreet indicium ad torturam, exponit *Zanger.in tract.de Tortur.c.2.n.18. & seqq.* Deinde rei criminis de sociis regulariter non interrogantur, *dict. l.16. §.1. dict.l.ult. in fin.* Interdum tamen illa interrogatio permittitur, *dict.l. 29. in fin.* quia vox *sæpè* ostendit, regulariter reos non interrogari in socios, cum illud vocabulum speciales casus contrarios denotet, *l.servos.47.de Condit.& Demonstrat. Boccr. in tr.de tortur.c.3.n.42.& seq.* Aliter respondet *Pac.in comm.ad dict.l.11. n.11. C.de Testib.* quod scilicet omnia jura prohibentia reum interrogari de sociis loquantur de reo confesso, illum verò, qui non est confessus, sed legitimis probationibus convictus, vel etiam accusatus, posse ac debere de sociis interrogari. A quâ opinione *Pacii* etiam discedit *Farinac.in prax. crim.lib.1. tit.5.q 40. n.28.* inquiens: tunc demum potest reus de sociis torqueri, quando de principali delicto vel confessus vel condemnatus, per *dict. l.qui ultimo.29. in fin.ff.de Pœn.* Cæterum in criminibus, ut supra dictum, non valdè atrocibus pii judices in hisce terris non torquent reos, sicuti generaliter in diebus festivis Paschatis, quæ sententia quoque placet *Jul. Clar. in Pract.Crimin. q. 64. n.54.* Hinc non amplector opinionem *Anton.Fabr.in Rational.ad l.pen.ff.de Fer.* qui ait, nullum

tempus

tempus à cognitione criminum esse immune, quæcunque sint crimina illa. Eò itidem inclinat *Franc.Brun.q.5.p.2.n 52. in tr.de Judic.* ubi asserit, respectu criminum non atrocium, sed minorum, propter quæ pœna pecuniaria imponenda, non quidem torqueri debere reos die solis vel aliis festivis, *per d.l.nemo.3.in princ.de Episc.Audient.& l.dies. fin.§.1.vers.sit ille dies à cognitionibus alienus.C.de Fer.* id tamen consuetudine non servari.

THES. LXVII.

Sequitur (V) festum Pentecostes, à cujus vigilia usque ad Dominicam Trinitatis feriæ ferè communiter conceduntur, prouti de Camera Imp. testatur *Schwanmann.l.1. c.25. n.2. Process. Cam. add. Arnold. Reyger.sub.h.voc.n.2.* Sic (VI) dies feriatus est Natalis Domini, *l.7.C.de Fer.* in quâ non exprimitur, quot dies hoc tempore debeant esse sacri, unde *Castrens.ad h.t.* ita argumentatur: in *l.7.h.t.n.5.vers. etiam.* nihil reperitur de septem præcedentibus & septem sequentibus diebus, sicuti prædicatur de Festo Paschæ, *l cit.vers.sacros quoque.* Ergo festum Resurrectionis sive Paschæ est majus, quàm festum Natalis Christi. Hujus rei hanc assignat diversitatis rationem, quod nasci sit naturale, resurgere verò miraculosum. Verùm in *l.2.C.de Fer.* dies Natalis Domini & Epiphaniæ cum septem præcedentibus & septem sequentibus diebus nobis præscribuntur feriarum loco. Deinde in *c.pen.15. q.4.* septem dies ante Natalem Domini usque in Octavas Epiphaniæ jubentur esse feriati, hinc quoque König/ in *Process. c.41. n.1.de Fer.in honor.Dei,instit.* idem ferè docet, *verb.* und in den Octaven der grossen Feste. Quamvis in *C.fin.X.de Fer.* Pontifex saltem diei Natalis Domini mentionem faciat nullosque alios, quam sancti Stephani & Johannis Evangelistæ adjungat, quos tres dies & nos celebramus, non ut Stephanum & Johannem Evangelistam invocemus, sed ut publicè instituamur quomodo regatur Ecclesia, quæ fuerit ipsorum doctrina, atque illorum testimoniis & exemplis confirmemur, Deoque pro beneficiis per illos præstitis gratias agamus, *Philipp. Melancht. in conc. de Sanct.Johan. Baptist. loc.1.* Interim multi ministri verbi divini per tres illos dies tractant de Nativitate, quod verè assumserit humanam naturam, & quæ utilitas ex Nativitate Christi ad nos perveniat. Sicut igitur Paschæ, ita & Nativitatis Christi tempore tres sunt festi dies, ut habetur in *Ordinat.Ecclesiast.Elect.Sax.tit.* Von

den sondern Festen. In Camera Imperiali feriæ sunt, ita ut cesset strepitus Judicii, à die præcedente Nativitatem Christi & seqq. usque ad 6. Januarii, *p.2. Ordin.Cameral. tit.33.*

THES. LXIIX.

Solennes ferias minores annuatim propter causam divinam recurrentes nomino Apostolorum & Sanctorum Martyrum Festa memoriæ ipsorum dicata *(vid.Pels.p.199.tit.12.num.76.& seqq.Process.)* quæ vel per diem integrum vel per dimidium saltem celebramus. Hæc autem dies festivos esse respectu passionis, asserunt Impp. in *l.7.C.de Fer.* Sic in jure Canonico *C.fin. X.de Fer.* strepitus judicialis jubetur quiescere diebus duodecim Apostolorum, ac præsertim Petri & Pauli. Consentit Ordinatio Cameræ Imperialis *p.2.c.33.Joh.Förster.in Process. Judiciar.obs.13.& Petr.Denais.in Compend.Jur.Cameral.tit.140.n.9.* Ratio, cur dies Apostolorū ac præsertim Petri & Pauli celebrare debeamus, hæc affertur ab Impp. in *l.7.C.de Fer.* quod illis diebus passio & mors Apostolorum commemoretur & illa passio Apostolorum sit totius Christianitatis Magistra: Opponitur (1) *l.ult.pr. C.h.t.* Dies enim festi sunt Majestati altissimæ dedicandi: non igitur Apostolis (2) finis festorum est præcipuus, ut cultui divino demus operam, *Gen.2.vers.3.& Exod.12. vers.14. Wesenb.in parat.ff.de Fer.n.7.* non igitur in memoriam Apostolorum sunt instituendi dies (3) manifesta crucis Christi contumelia est, passionem Apostolicam vocare Magistram totius Christianitatis. Respondetur, non celebrantur dies Apostolorum, ut ipsis tribuatur cultus divinus & adoratio neque illorum passio est Magistra Christianitatis ita, ut Apostoli suâ passione Christianis pepererint salutem æternam, sed ut illorum fidem, pietatem & patientiam imitemur, *Osiander.ad c.1. Act.Apostol.* Utque ipsorum doctrinam de Deo & beneficiis divinitus exhibitis Ecclesiæ discamus, Deoque gratias agamus. Ergo & illis diebus cultus divinus Deo tantum tribuitur, isque invocatur, prout injunctum est omnibus, *Exod.20.vers.3. Martin.Bucer.de Regim.Christ.lib.1.c.11.* In *Ordinat.Ecclesiast. Elect.Sax. dict.tit.* Von den sondern Festen. liberum relinquitur agere festum diebus sanctorum Apostolorū, ita ut plerorumque Apostolorum dies feriati sint incisi, nec integri, sive ex omni parte sancti, *vid.Petr.Gregor. Tholos.dict.c.16.n.2.* Etsi verò *Johan.Monach.part.5. process.§.2.n.10.* ait, observari in his regionibus festa duodecim Apostolorum, apud nos tamen dies duodecim Apostolorum, S.Laurentii & omnium sanctorū non celebrantur.

THES. LXIX.

Denique feriis solennibus minoribus annuatim recurrentibus non inconcinnè, annumerantur Encænia, ἀπὸ τῦ ἐγκαινίζειν ab innovando dicta, vocantur aliàs magis Latinè Renovalia, festa anniversaria, & in genere sunt festum, quo aliquid novi Deo vel Populo dicatur, aut renovatur, sive sunt festum, quo aliquid factum est novi, vel renovatum, *Matth. Martin. in Lexic. philolog. hoc vocab. Calvin. in Lexic. h. voc.* Ex his patescit, quod modò divinis, modò humanis feriis adnumerari queât. Humanis, quando sumuntur pro novo ludorum genere & nova pomparum specie, *v. Besold in Thesaur. pract. sub voc.* Kirchweihe. Divinis, quando sc. sunt festum f. dies festi initiales dedicationis templi. *Polyd. Virgil. de invent. rer. l. 5. c. 7. & 13.* & de his nobis agendum. Vocantur nostro idiomate Kirchmesse/Kirchweihe/Kirmesse/Baurkirmße. Illorum originē *Manz. in Decis. Palatin. qv. 91. n. 1.* cum aliis ex V. Test. deducunt, allegantes præ cæteris locum *Exod. 24. v. 4. & 1. Reg. 8. v. 65.* ubi Moyses tabernaculum Dei, & Salomon templum de novo extructum consecrarunt, festivitatemque in æternam consecrationis templi memoriam instituerunt, *Joh. Osiander. ad cit. v. 65.* Rectius tamen alii *cum Andr. Knichen.* Judæ Machabæo festivitatem hanc annalem adscribunt *de superiorit. territorial. c. 4. n. 588.* ubi hæc tradit: Encænia polluto templo, „quod de integro consecratū fuit, auspiciis Judæ Machabæi post diu„tinam in Perside captivitatem innovata fuerunt, ut quotannis sacer „& celebris esset dedicationis novæ dies, & Dei gratia, quæ finem An„tiochi Tyrannidi imposuerat, in memoriam revocaretur. Consentit *Beza ad Joh. 10. v. 22. Ter, ajens,* fuit templum Dei solenni dedicatione consecratum, *primum* videlicet à Salomone mense septimo, *1. Reg. 8. Deinde* post ejus instauratione à Nehemia, die tertia duodecimi mensis, quæ incidit in Februarium & Martium, *Esdr. 6. 15. Neh. 12. Tertiò* à Juda Machabæo post repurgatum templum. *Mach. 4. Hæc autem* Encænia ad Judam Machabæum referri duæ circumstantiæ ostendunt, una, quod subjiciatur in contextu, tunc hyemem fuisse altera, quod neutrius præcedentis dedicationis memoriæ causa ullus dies festus neque à Salomone, neq; à Nehemia dicatur constitutus; de tertiâ verò expressè legitur *1. Mac. 4.* in ejus, memoriam institutum fuisse festum à Juda Machabæo, celebrandum mense Cisleu, qui maxima ex parte decembri nostro respondet. *Jung. Mart. Chemnit. in Exam. Concil. Trid. p. 4. pag. m. 158.* Osiander *ad c. 10. vers. 22. Joh. Joseph. l. 12. Antiq. Judaic. c. 11.*

Quamvis

Quamvis verò hæ à nostris Encæniis multum differant monente *Klockio de Ærar. l. 2. c 100. n. 6.* ad horum tamen exemplum successu temporis in Primitiva Ecclesia Encænia sunt introducta, uti ex *Nicephoro l. 8. hist. Eccl. c. 50.* pulchrè deducit *Dn. Henric. Linck in tract. de Jure templor. c. 7. n. 7. & 8. pag. 156. add. c. Solennitatis. 16. dist. 1. de Consecrat.* Sic nostris moribus in omnibus fermè pagis ac vicis, testante *Speidelio in Notab. vocab.* Kirchweihe/ celebrantur Encænia, in quibus ruricolæ lautius & & pinguius vivere solent, & quoniam sæpius propter solennem festivitatem consanguinei & affines ex diversis locis conveniunt, ad frugale prandium illos invitant, ubi plerumque occasionem capiunt de sua parentela loquendi, & memoriam eorum, suæque cognationis renovandi, & se in Domino exhilarandi, *vid. Dn. Ahasver. Fritsch. in tract. de Pagis, c. 21. n. 7.*

THES. LXX.

Sicuti verò Agapæ in Ecclesia primitiva usitatissimæ tandem propter nefandum abusum sublatæ, *vid. Petr. Ravanell. in biblioth. sacr. n. 6. sub hoc vocab. Oldekop. tr. de Agapis,* sic quoque Encænia in multis rebuspubl. sunt planè prohibita. Cùm enim, nomine saltim Encæniorum retento, vera ac recta intentio negligeretur, & Baccho potius potationibus, Cererique commessationibus sacra celebrarentur, tandem jurgiis, rixis aliisque contentionibus fenestra aperta est, *vid. Osiand. ad c. 10. v. 22. Johann.* Nam rusticanis vino obrutis furor litigia subministrat, *Mager. de Advocat. Arm. c. 15. §. III.* ex quo deinde dominis territorii non exigui multarum fructus proveniunt, *Knichen. de jur. territ. c. 4. n. 478. Wehner. in obs. pract. hoc. vocab.* mentionem quoque facit insignis hujus abusus *Mart. Luther.* in seiner Hauß-Postill über Sonn und Festtage *in Explanat. Ev. Luc. 19. part. 2. fol. 87.* ubi dicit: daß sonderlich auf dem Lande/ da das Baurenvolck zusammen kömt/ alle Wirthshäuser voll Volck sind/ iederman schwelgt und säufft/ bis endlich wenn sie voll und toll sind/ ein Hauen und Stechen draus wird/ daß ein Sprichwort daraus ist worden/ den Bauren soll mon ihre Kirmesse alleine lassen/ & paulò post: Es sol Christl. Obrigkeit von Amts wegen die Kirchweihe/ solches säuisches Gefräß und unordentlich Leben/ billich abschaffen/ und mit harter Straffe wehren/ als ein solches thun/ da nichts gutes iemals auskommen ist. In aliis verò Rebusp. ubi adhuc encænia vigent, abusus illi, qui olim magni & frequentes, quantum possibile, sunt abrogati. Diebus enim Encæniorum, ut in honorem Dei cum debitâ devotione & gratiarum actione fiant, *vid. Casp. Ziegl. ad Inst. Lancellot. p. 527.* horis

matutinis prius ſacra peraguntur, & dein amicus amicum ad convivium invitare non prohibetur, præeunte ipſo Servatore noſtro apud *Joh.10.v 22.jung.Inſt.Lancellot.§.19.tit.18.lib.2.* His adde,quod plurimis in locis finitâ meſſe inſtituantur; & quis erit tàm invidus,ut ruſticanæ plebeculæ per tempus meſſis laboribus defatigatæ hancce hilaritatem invidere vellet? Solent verò utplurimum juvenes ruſtici feſtivum hoc tempus ſaltu tranſigere,qui ipſis,ſi ſecundum numerũ ſupra præſcriptum inſtituatur,non eſt denegandus. Lepida verò ſunt,quæ refert *Manz.Deciſ.Palat.qv.50.* etiam ipſos religioſos,qui in loco Jurisdictionem habent, omnibus viribus ad hoc niti, ut tubicines, ütricularios, lituanos,lyricines,vel fidicines conſtituant, & per ſuos miniſtros ſaltantes & tripudiantes ad conſuetum choreæ locum deducant quaſi religioſum quoque inſtitutum eſſet choreas agere & tripudiare. Plus vero quam jocoſa ſunt,quæ recenſet *Joh.Theod.Sprenger in Inſt.J.publ. Lib.3.c.23.§.5.* ubi de Civitate Rotenburgenſi ſequentia tradit: Eſt ibi certa inter Paſtores conſuetudo. Omnes ferè,quotquot ſunt Paſtores, circa tria milliaria ab ambitu urbis Rotenb. in Eccleſia D.Bartholomæi conveniunt, ibiq; prius inſtituto Proceſſu in Eccleſiam S.Wolffgangi, è qua rectà hoſpitium agni aurei,vulgò zum güldenLamb/petunt,hilaritatis officia exercent,& in foro publicam ſaltationem inſtituunt, in quam nullus à mechanicis admittitur, quod ſi verò quis eo audaciæ progrediatur, ut ſe intrudere velit, conjicitur in den Röhr-Kaſten/ vulgò,den Herterich. Rectè tamen *cit.Manz.loc.alleg.* ait hanc conſuetudinem eſſe collaudandam,ſi fiat ſaltatio eo animi affectu & zelo,quo David Rex ſaltavit & ſubſiliit coram Domino totis viribus, *2. Reg. 6.* De defenſione Encæniorũ vulgò Kirchweihe Schutz/evolvendus,cui volupe, *Klock.de Ærar.l.2.c.100.n.3.Mart.Mager.de Advoc.arm.l.ſup.cit.*

THES. LXXI.

Feriis ſolennibus annuatim ob cauſam profanam recurrentibus annumeramus (1)natalem Imperatoris,&quo imperium adeptus eſt, *l.7.verſ. noſtris etiam diebus,qui vel lucis auſpicia,vel ortus imperii protulerunt.l fin.§.1. verb.ſi in noſtrum ortum aut Natalem celebranda ſolennitas inciderit.Donell.24.Comm.c.7.* Hodie propter illos Imperatoris vel alterius Principis territorialis natalitios dies ordinariè ferias non habemus,niſi fortean reſpexeris eorundẽ (11)Cancellarias,vel alia Conſilia Aulica ſuperiora. Sequuntur in jure noſtro Juſtinianeo dies Natalitii maximarum urbium Romæ & Conſtantinopolis,in quibus itidem

jura

jura differri & quiescere debent, *l.7.C.de Fer.* Est autem Roma condita *à Romulo 21. April.* anno ante Christum natum *759. vid. Coras. ad l.1.n.3. Dig. de O.J. in verb. condita fuit ante Christum natum circiter annos septingentos.* Constantinopolis ab Imp. Constantino sic dicta solennibus ceremoniis 11. Maji dedicata est, ut esset Orientalis Imperii sedes. Ideoq; nova Roma dicta, *l. omni. 6. C. de SS. Eccles. Coras. ad pr. l.2.n.5. ff. de O.J. & Cujac. ad cit. l.6.* quod verò *Chytræus* in Chronologia putat, An. C. 335. Constantinopolim esse conditam, ab eó non imeritò discedit *Bucholz. in indic. Chronol.* tradens, quod Byzantium Constantinus A.C. 330. instauraverit, & 11. Maji anni sequentis solenniter dedicaverit. Rationẽ, cur in natalitiis diebus Romæ & Constantinopolis debeant esse feriæ, hanc afferunt Impp. quod jura ab illis Urbibus sint nata: Fuerunt enim Regiæ urbes, in quib9 erant translata insignia Romani Imperii, *Coras. dict. n 5.* Hodiè illi dies natalitii Romæ & Constantinopolis non sunt feriati, propter magnam declinationem istarum Civitatum, quæ de summo venerunt ad infimum juxta *Castrens. ad l.7. h.t. n.3.*

THES. LXXI.

Præstant (III) vacationem à litibus Feriæ messium, ne in re rusticâ occupati per in jus vocationem impediantur sed litibus vacui eò melius colligendis fructibus vacare queant, *l. omnes. l. fin. C. h.t. Emeric. à Rosbach. in prax. civ. tit. 38. n.9.* Sunt autem hæ feriæ de jure communi arbitrariæ, hoc est, pro locorum & temporum varietate maturius & brevius, tardius vel longius tempus constituitur, *l. Præsides. 4. ff. h.t. Wesenb. in parat. n.6. eod. Rosbach. loc. cit. n.8. add. Differt. nostr. th.6.* Et ideò ordinationes judiciorum variorũ sunt considerandæ, monente *Brunnem. ad l.2.C.h.t. n.8.* Sic in Camera Imperiali feriæ constituuntur ab 8. die Julii & finiuntur 14. Aug. *vid. Ordinat. Cam. p.2. tit. 33. Schwanm. in Process. Cameral. l.1. c. 25. n.2.* quamvis ibidem hoc tempore libelli supplices recipiantur, processusque & mandata cum vel sine clausulâ, maxime ob moræ periculum, decernantur aut denègentur, *Recess. Imper. noviss. de anno 1654. §.* Die unterscheidung *88. vers.* dann secundò in den Canicular ferien und andern Vacantien. *Schwanm. loc. cit. num. 5. Jung.* §. M[?] P. Ord. *c.2.* ubi feriæ habentur à 13. Julii usque ad 24. Aug. *Arnold. de Reyger, n.4. verb. Feriæ.* In regno Venusino has has ferias planè non servari testatur *Robert. Marant. p.4. dist. judic. 9. n.19.* Sed an prædictis feriis partes litigantes possint renunciare, quæritur? quod rectè affirmatur per *l.1, §.1. l.6. h.t. c. fin. eod. Marant. p.4. dist. 16. n. 83. Gail. 1. c. 53.*

n.16.17. Jacob. Ayrer. in Processf. hist. p.1.c.6.obs.6.n.21.p.149. Hahn. ad Wesenb. n.7.h.t. ita tamen, ut semper prius impetretur consensus Judicis, *vid. Anton. Thesaur. Decis. Pedem. 39.n.2. Dn. Struv. Exerc. 5.th.35. in Synt. J.C.*

THES. LXXIII.

Quid in jure nostro civili usuque Justinianeo receptum sit, videri potest ex *l.2.C.h t.* Quoniam verò hæc lex oportunitatibus & anniversariæ maturitati nostrorum locorum hujusq; septentrionalis cæli optimè, contra verò plagis orientalibus minime convenit, ideò etiam subdititiã nec à Romanis Imperatoribus latam esse existimant *Albert. de Ros. ad l.1.h.t. Speckhan. cent.1.q.61.n.4. & Dd. comm.* Extare verò fragmentum hujus constitutionis in *fin. l.1.C. Theodos. de Fer.* refert *Gotofr. in not. h.l.* quod tamen ex contextu non apparet. An verò hæc *L.* sit Theodosii Magni, dubitatur? Negat hoc *Alciat. lib. 6 παρεργ. c.9.* quia sita est inter Constantii & Constantini magni sanctionem; Theodosius autem, cui inscribitur *l 2.* nequaquam medius inter illos Imperatores regnavit, sed secundum *Alciatum* circiter circa annum 80. post Constantinum M. & Constantium; vel secundum *Bucholzerum*, A.C. 379. ad Imperium pervenit. Exercitii gratiâ, salvis tamen semper iis, quæ protuli in *th.9. hujus Diss.* affirmativam defendam. Quare respondendum judico *Alciato*, verum esse, juxta Imperatorum tempora LL. in Codice collocari, *l.1.§. pen. de Nov. Cod. faciend.* Id quoq; admitto, Theodosium multis post annis, & circiter 80. post Constantium & Constantinum M. dignitatem Imperii adeptum esse. Ordo interim non rarò invertitur, nec ubique semper LL. secundum Imperatorum tempora ponuntur, prout apparet ex *l.1. de dol. mal.* collatâ cum *2. seqq. LL.* ac *l.1. de Pact.* Deinde argumentatur *Alciatus* hoc modo: Tempore Theodosii non usurpabantur barbaræ phrases in lingua Latina, in hac autem lege deprehenditur barbara phrasis, quia in fine vocab. *irritatur* habemus, pro: *in nihilum redigitur*, quæ vox apud probatos Authores in hac significatione non reperitur, sed canum rabiem & provocationem ad iram, nec infirmitatem actus, denotat. Sed ut Horatius ait: quandoque bonus dormitat Homerus. Tertium & postremum argumentum est: in antiquis Codicibus non reperitur *dict. l.2.* Nec *Accursius* Glossas adjecit, ac *Dd. comm.* eam non agnoscunt, illam nullo commentario explicantes. Ast idem posset objici contra *l. ult. C. de juram. propter Calum. dand.* inde tamen non sequitur, de Autore legis, dubitandũ esse. Quare, quamvis ut *Contius* refert, in veterib. codicibus *dict. l.2.* non reperiatur,

minimè

minimè tamen inde inferendum erit, illam Theodosio perperam assignari. Dissentit *Alberic.in comm.l.1.h.t.dict.l.2.* adscribens privatæ personæ *Galgosio*, cujus meminit *Accurs.in not.l.fin.ff.ad L.Cornel.de Fals.* & propterea putat *Albericus*, illam non haberi pro lege, *dict.l.fin.*

THES. LXXIV.

Eodem modo (IV) tempus vindemiale à litigio vacuum esse pronuncio per ea, quæ *th.72.* proposui, nihil refragante *l.20.ff. de in Jus vocand.* Ubi à vinea quis in jus vocari posse dicitur. Sive enim cum *Gothofr.in not.ad l.c.* pro *vinea, Jannû* substituo, sive (quod melius) textum non de eo tempore, quo vindemia est, sed potius alio, interpretor. His (V) addunt *Jason. & Costal. ad l.4. ff.de Fer. Umm Disp.7.n.34.* tempora spargendorum seminum, *vid.Perez. in prælect.ad Cod.n.4.h.t. Ungepaur.in Comm.ad Decretal. n.9.eod.* pro quibus facit *l.omnes.3.C. de Fer.verb. ut non aptius alio die frumenta sulcis mandentur.* Verum has ferias in jure nostro reperiri vix puto, quamvis, uti docet *Magnif.Dn.Schilter.Exercit. Theoricoprac.7. th.12. & 27.* parcendum sit agricolis circa sationem occupatis, citra tamen feriarum solennitatem: nec quicquam contra nos militat *l.cit.omnes.3.* ibi enim non constituuntur feriæ seminationis anniversariæ, sed sermo est de casu, quando necessitas urget occupationem circa rem rusticam atque ita seminationem.

THES. LXXV.

Feriæ porrò solennes propter causam humanam (V) sunt Nundinæ privilegiatæ & majores, vulgò Messen/Nam & has visitantes, quamdiu durant, pro debito privato alibi contracto (secus pro eo, quod in ipsis nundinis initum est, *l.19.ff. de Judic.*) arrestari & in adeundo & in abeundo non posse, docet *l.un.C.de Nundin.ibique Bartol.Felin. in c. causam. X. de rescript. Herm. Hermes, in Fascic.J.P.c.11.n.104.* quamvis privilegio hoc hebdomodales quoque nundinas jure Rom. gaudere, & multis in municipiis adhuc esse in usu, velit *Zahn.Ichnogr.municip.c.62.* quod tamen moribus nostris non observatur, *vid.Brunnem.ad cit.l.un.C.h.t.n.1. Marquard.de Jure Mercator.l.1.c.13 n.43. & seqq.* Imo & Francofurtenses vi privilegiorum in nundinis solennioribus tàm ex consuetudine inveteratâ, quàm Friderici III. indultu jus arrestandi sibi vindicant, prouti disputatum in causâ Oppenheim & consortium dicit *Caspar.Klock.de Contribut.c.3.n.83.* Sed nec horum speciale jus me stringit. Extenditur autem hoc nundinale privilegium non solum ad ipsos mercatores & eorum administros, sed & ad omnes reliquos, qui tanquam emtores aut venditores, adeoq; mercimoniorum causa in nundinis concurrunt propter generalitatem textus in *l.cit.un.ibique Brunnem*, à quo, uti tamen putat, non

dissen-

diſſentit *Carpz.p.1. C.30.def.24.* ſolos intelligens cives & opifices, qui licet in loco nundinarum comorentur, haud tamen negociantur, h.e. nec emptores, nec venditores ſunt. Sic actio inſimul datur arreſtato contra creditorem, qui ita in nundinis ejusdem bona vel perſonam frivolè arreſtari curat, non modò injuriarum, verum etiam ad refuſionem ſumtuum, damnorum, intereſſe ac lucri ceſſantis, prouti multis Authoribus comprobat & præjudiciis confirmat *Marquard.loc.cit.n.45. & ſeqq.* Ceſſat interim hoc nundinarum privilegium multis modis, v.g. (1) ſi debitor fuerit de fugâ ſuſpectus, *Marquard. l.c.n.57. Peck.de Jur.ſiſt.c.7.n.7. Brunnem.l.c.n 3. Dn. Schilter.Ex.Theor.pract.7. th.30.* ubi contra *Carpz.def.25.cit. conſt.30.* ipſe arreſtum in foro Saxonico in Nund.Numburg. impetraſſe teſtatur. Vel (2) ſi quis nundinarum favori renunciaverit, *Dn.Fritſch.de Jur.nund.c.7.n.3.&ſeqq.* Item (3) ſi debitum fuerit juratum, *Anton.Freundeberg.de Reſcript.Morat.concluſ.30.num.20.* Et denique ſi finitarum, ut inceptarum, ſignum per campanam publicè detur, *Carpz. cit. Conſt.30. def. 28.* De Nundinis an die dominico inſtitui queant, *vid.Dn.Fritſch.Princ. peccans, concluſ 22. per tot.*

THES. LXXVI.

Feriæ minus ſolennes ſeu repentinæ ſunt, quæ ob incidentem cauſam extra ordinem ſolent indici, *Scotan.Exam.jur.q.2.h.t.* itidemque vel ob cauſam *divinam*, vel *profanam* inſtituuntur; ad *illas* refero ferias, quas vocant pœnitentiales, die Buß-und Bet-Tage/ in quibus Conciones habētur, Deoq; preces offeruntur ad avertendam pœnam, quam meriti ſumus, *vid.Carpz.in Jpr.Conſ. lib.2.tit.17.def.261.* ſuntq; interdum cum jejunio conjunctæ, & omnē profani laboris humani tàm mente, quàm manu expediendi (ſolo extremæ neceſſitatis caſu excepto) ceſſationē important. His (2) accenſeo dies feſtos, in quibus Deo gratiæ aguntur ob bonum quod, fortè contingit, v.g. ob pacē redditam, uti Viennæ 1650. factum eſſe teſtatur *Schultz.in Chronic.pag.618.* & nos adhuc quotannis per totam ferè Germaniam celebramus. Quæ ob cauſam *profanam* habentur, variè pro arbitratu indicentis inſtituuntur, uti (1) ob adventum Principis (2) propter celebratas nuptias, *vid.Theatr.Europ.Tom.3. p.374.* (3) Si Principi proles naſcatur, *Schultz.Chronic.p.620.&p.546.* (4) ob victoriam, *Theatr.Europ.Tom.3. p.467.Tom.7 p.965.* & tandem ob quamcunque publicam lætitiam, aliamquè cauſam, *Henric. Zaſ.in Comm. ad ff. n. 2. h. t.* Et hæc dicta ſufficiant, fateor equidem, exactiorem fertiliſſimam hancce materiam requirere elaborationem, aſt quoniam pagina præter opinionem crevit, temporisque penuriâ hac vice impedior, filum abrumpo & B.L. ut errores condonet, rogo.

FINIS.